



**Quid de baptisate infantium juxta scripturas Dei
sentiendum, excussis, quaecu[m]q[ue] vel pro hac
observatione, vel contra eam, adferri solent : Epistola ad
quendam hac in re impulsam,**

<https://hdl.handle.net/1874/420703>

4

QVID DE BAPTISMATE

INFANTIVM IVXTA SCRIP-
TURAS DEI sentiendum, ex/
cuffis, quæcūq; uel pro hac
obferuatione, uel con-
tra eam, adfer-
ri folent.

Epiftola ad quendam hac in re
impulfum, MARTINI BVCERI.

ARGENTORATI AN. M. D.
XXXIII. Mense Decembri.

CLARISS. VIRO D. IOAN. A VVYCK I. V.

Doctori, Iustitiæ consulto Bremensi & Monasteriensi,
Syndico certo & uero, Patrono suo obseruâdo S. D.

Mouit tua me, uir præstantiss. pro Eccle/
sia Christi sollicitudo, ut epistolâ quâ de
Pædobaptismate ante paucos hosce di/
es scripsi, reuisam, ac locupletatâ æderē, tibiçp
inscriberē. Video Satanâ quâlibet nihil impio/
rum dogmatū, quo unçp Ecd. Christi exercita/
est, hodie nō reuocet, damnatiōç tamē Pædoba/
ptismatis grassari amplius, & ad cætera om̄ia
uiam munire. Hac. n. obrusa, à consortio ecclē/
siæ, à schola ueritatis, miseros auellit, perçp su/
os Apostolos, nullo iam non errore facile im/
buit. ita ut hodie passim experimur. Inde est, ut
nostri temporis insani dogmatistę, çtūuis ali/
às inter se pugnent, seseçp inuicem dire deuoue/
ant, om̄es tamen in oppugnatione Pædobapti/
smatis conspirent, & ab ea initiū furoris sui fa/
ciant. Hoc itaqç studiosius, isti om̄m hæreseon
principio, occurrendū, in quo cū tu ciuilibus
actionibus adeo implicitus tātoperē labores,
haud fuit mihi, quali quali, Euangelij tamen
administro cessandum. Christus unicus magi/
ster electorū, faciat utriusçp curam & operâ Ec/
clēsiæ suæ fructuosam. In quo bene uale, & hoc
quicquid est studij mei erga te, boni consule.

Argentorati, XVI. Calend. Ianuarias.

Martinus Bucerus
tuus ex animo.

RELIGIONIS, ET BONAE ERV/
DITIONIS STUDIOSO,
N. fratri percharo.



RATIA & pax mi N. fra-
ter obseruande, Meas ad
te literas non peruenis-
se dolet, non minus uero
quod ne tuae ad me. Nul-
las enim omnino accepi. Gratias uero
agimus Domino nostro Iesu Christo,
qui in se suos unit, quod tuum animū
in studio uerae unitatis haecenus ser-
uat, haecq; modestia, ut nos etiam, qui
nobis probe conscij sumus, quā parū
spiritu ualemus, inter eos numeres,
quibus fidei tuae rationem non neges,
imo offeras, atq; te non modo non ru-
pturū uinculū charitatis, si in uno aut
altero dogmate nō consentiamus, reci-
pias, sed ne nos id faciamus, horteris.

Hunc utrisq; animū conseruet Deus
pacis & concordiae, nam eodem animo
haecenus fuimus in omnes, qui nobi-
scum Dominū nostrū Iesum Christū,

A ij

EPIST. MARTINI BVCERI

unum in se credentiũ seruatorẽ agnos-
cunt. Obsecramus ergo te per hunc no-
strum unicum sospitatorẽ, qui est pax
nostra, dum inuicem tibi nostræ quo-
que fidei, ad tua, rationem reddimus;
non uelis aliud tibi persuadere de no-
bis, quam qui nihil prius in hac uita, sci-
entes quidem & prudentes, ducamus,
atq; nostrum ministerium approbare
huic ipsi capiti nostro Iesu Christo, si-
cut in alijs, ita & in Pædobaptismo.

Sententia tua hisce cõtinetur parti-
bus. Pædobaptismus nõ est institutus à
Christo, nec obseruatus ab Apostolis.
Est baptismatis Christi abusus & uio-
latio. Seminariũ desolationis, ac om̃is
confusionis. Qui dum in usu est, non
putas unquam futurum, ut Ecclesiæ
status integretur.

Ista nobis sic uidentur habere, ut si li-
queat de primo huius uestræ sententiæ
capite uos recte sentire, nimirũ pædo-
baptismum non esse institutum à Chri-
sto, de reliquis nõ sit dubitandi locus.
Nam

DE BAPTIS: PARVVLORVM

Nam si non est à Christo institutus, cuius spiritu uiuit, agitq; ecclesia, Apostoli, ut apostoli Christi, eum non poterunt usurpare. Sicq; non est à spiritu Christi, cōsequens est, ut sit ab eius aduersario, eoque & baptismatis Christi uiolatio, cuius scilicet loco falso obtrudatur, & desolationis atq; cōfussionis, cū alijs inuentis Satanae, pro sua portione seminarium, nec potest ecclesiae status, dum tanti sacramenti obtinet uiolatio, ritè ac plene interpolari.

Iam mi frater nouit tua charitas, que Paulus præcipit i, Cor. viij, De coelibatu & impari coniugio, xi, De uelandis mulieribus in sacro coetu. xiiij, De ordine prophetandi, rationeq; loquendi linguis, Dominum nominatim nusquam præcepisse, id quod Apostolus de impari coniugio, & uirginibus inuenie ac diserte fatetur, se tamen præcipere ista ex mēte Christi, & eius esse præcepta neminē uoluit dubitare. Qui ergo ea obseruabat, nō potuit dici, ob-

EPIST. MARTINI BVCERI

seruare quæ Christus nõ instituisse, & si non instituerit hæc noiatim. Iam fac esse, qd hæc Pauli ep̄la nobis nõ extet, num dabis spiritũ Christi in te, & quis alio fido Ecc̄iæ ministro, si res poscat, eadẽ præcepturũ? De scriptura ueteris instrumẽti Paulus testat̄, qd erudit ad salutem, & instituit ad om̄e opus bonũ ij. Tim. iij. At q̄t sunt in sequẽtib; scripturis Dei placita expressa, quæ in hac nemo legit noiatim uel attachta? Scripsit Pau. Corinthijs se reliqua ordinaturũ cũ uenisset. Quæ illa? ubi uel sensu app̄esa, nõ dico uerbis adnumerata?

Quorsum uero hæc? dices: Ut uidẽas quibus inducti scripturis credamus ex spiritu Christi usurpari in Ecclesia pleraq; quæ neq; in Apostolicis quidẽ literis sunt suo noie exposita. At quæ inquires, tandem isto nobis titulo, esse Christi, sed ἀγροφα, obtrudes? Promissæ quæcunq; in usu sunt, ut qui Pape regnũ defendunt? Absit. Quæ sic sunt, ut cum his, quæ scriptura expressit, congruãt,

DE BAPTIS: PARVVLORVM

gruant, quæ in se momentū habent, ut Ecclesiā instaurent, hoc est, fidem promoueant atq; dilectionē. Huiusmodi uero nobis sunt, quæcunq; non oppugnant fidem atq; dilectionē. Sic namq; nos credimus Deum suā nobis uoluntatē locuplete in scripturis explicasse, tam q̄eam ad cōuincendos q̄sc̄q; errores idoneā esse, ut nihil omnino mali sit, q̄d nō facile deprehendas, si modo animum aduertas, nō solum in scripturis nō contineri, sed etiā cum ea plane pugnare. Verbū Dñi, Erudit scriptura ad salutē, idonea est ad docendū, ad arguendum, ad corrigendū, ad instituendum in iustitia, ut homo Dei pfectus sit, ad omne opus bonū instructus. Hic locus, cū cōsentaneis ipsi, id demū est, quo fides n̄ra nitit̄, quo psualisumus, nihil esse prorsus uel boni, uel mali, q̄d id esse ex scriptura nō euincas, etiā si in ea expressum nō sit, ut certe omnia oīm tam bona q̄ mala opera exprimi nō possunt, nec debent, cū infinita sint.

EPIST. MARTINI BVCERI

Proinde nos nihil omnino ex nuper in olitis abusibus ideo reiecimus, quod nihil sit de eo in scripturis nominatim cautum, sed quia ea omnia, cum ijs quæ in scripturis expressa sunt, etiam aperte pugnant, id quod necesse fuit in omnibus illis supstitiosis ceremonijs apparere, uel ex eo, quod non essent profectæ à spiritu sancto: Qui non est mecum, contra me est. Illud, Omnis plantatio quæ pater meus non plantauit, Christus dixit de hominibus, qui cum non sint nati ex Deo, pereunt: quicquid eis facias, semperque bonis offenduntur. Illud, Ne addas aliquid, neque detrahas his, quæ ego precipio tibi, ad sensum & uim preceptorum, actionumque referendum, non ad expressam mentionem, uel administrationem in uerbis, alioqui Christus ipse legi Dei adiecisset, & detraxisset, qui instituit ceremonias, quæ in Mose non sunt traditæ, & remisit, quæ Mose nominatim præcepit.

Hoc ergo uobis concedimus bapti-
sma

DE BAPTIS. PARVULORVM

sma infantium, non esse inter ἑγγεγραφα
 Christi instituta, at inter ἀγεγραφα nume
 randū certo credimus. Existimo uero
 uos inuicem, dare omnino pleraq; Chri
 sti ἀγεγραφα esse. Vnum em̄ Christus præ
 ceptum nominatim dedit, dilectionis,
 in quo continetur, quicquid nobis uel
 priuatim, uel publice agendū. Paulus
 nonnulla postea explicuit, sed nō omnia
 Si ergo datis esse Christi instituta, que
 nullibi in scripturis expressa uerbotim
 habentur, nam etiam uestra, quæ il
 lic ad id, ut ordine & recte omnia ger
 rantur in Ecclesia, Christi instituta
 sunt, siquidem uos Christi estis, uiden
 dum, si conueniat de ratione ac nota,
 qua cognoscendum sit, quid inter hæc,
 quæ in usu sunt Christianorū, Christi
 sit, quid Antichristi. Nobis, ut dixi, di
 scerniculum horum in eo situm est, esse
 ijs quæ scriptura exprimit consentane
 um, uel dissentaneum: Omne uerum,
 uero consonat, & ex uero, nil nisi uerū.
 Verbū quo isthuc credimus, adduxi,

EPIST. MARTINI BVCERY

Status ar/
gumenta/
tionis,

Scripturas Dei esse idoneas ad docen/
dū, πρὸς ἕλεγχος καὶ λ. De hoc si cōuenit,
dispiciendū, si ijs, quæ in scripturis ex/
pressa sunt, pædobaptismus repugnet,
an consentiat. Hic uidetur nobis con/
trouersix status. Nam si pugnare pro/
baueris, uicisti: si ego congruere, stabit
à me ueritas. Iam quia quid cuius rei cō
ueniat, cum quibus ea cōgruat, uel dis/
sideat: nō aliunde q̄ ex eius rei ingenio
& natura cognosci potest certo, tu re/
cte à definitione baptismi orsus es. Ve/
rum nō ignoras, q̄ nō sit in promptu ue
ram cuiusq̄ rei definitionē dare. Cer/
te si tua uera sit baptismatis definitio,
stabunt quęcunq̄ pædobaptismati tri/
buis, nec em̄ fuerit baptisma Christi.

Sed attende mi Frater, sicuti nos præ
mones, nec ubi ab analogia fidei rece/
damus, ne uel iudiciū præcipitemus, aut
affectibus locum cōcedamus. Quę no/
stra sunt, sæpe hoc nobis chariora red/
duntur, quō magis ab alijs oppugnan/
tur. Nemo se satis exuerit.

Sed

DE BAPTIS PARVVLORVM

Sed ad rem. In uera definitione nostri mi frater, primū genus, deinde differentia uestiganda. Inquiramus ergo, quo in genere rerum ponendum sit baptisma. Augustinus, & cum hoc tota Ecclesia, illud ponit in genere signorum, uel actionum symbolicarū, quibus diuina nobis beneuolentia cōmendatur. Huic nos assentimur. Verbum Dei, quo hic ad sensus noster nititur, est. Paulus Coloss. ij. Baptisma & circumcisionem, adeo eiusdem generis facit, ut dicat, nos per baptismum circumcisos. Iam circumcisio signum fœderis uocatur, ab ipso Deo, Genesis xvij. Fœdus uero erat, promissio, qua Deus promittebat Abraham, se futurū illi, & semini eius, Deum, hoc est, seruatorem, ac uitæ æternæ largitorem. Id enim est in hac promissione. Vnde ex ea Dominus probauit Abraham, Isaac, & Iacob æternę uitę esse participes, ac ideo resurrecturos. Per fœdus, uel testamentū recte intelligi diuinę bene-

EPIST. MARTINI BVCERI

Ego sum
deus tuus,
æternæ ui/
æe promif/
sionē in se
habet.

uolentiæ promissionē, liquet ex Gal.
iij. ubi promissiones & *συνθηκῆς* facta
Abrahæ, pro eodē accipiuntur. Liquet
igitur baptisma esse signū promissio/
nis diuinę beneuolentię, quia ut circūci/
sio est signum fœderis, Quod & ex eo
intelligit, qđ baptisma in Paulo sym/
bolū est renouationis nostrę, quę utiq;
ex gratuita Dei electione, & merito
Christi cōstat. Nemo seipsum gignit,
multo minus regignit, cum illud sit fie/
ri hominē, hoc deum. Ex his uidemur
nobis habere genus baptismatis. Nūc
quæramus differentias.

Quo dif/
fert bap*tis*/
ma a sym/
bolis uete/
rum.

Habuerunt ueteres sua sacra symbo/
la, habemus nos nostra. Deus siquidē
agit nobiscum pro ingenio, quo fin/
xit. Ex hoc solemus semper promissis
grauioribus adijcere symbola, idem te/
stantia oculis, quod ingerunt uerba au/
ribus. Vnde sacramenta D. Augusti/
no uocantur uerba uisibilia. Habent si/
quidem apud nos huiusmodi symbola
aliquod momentum, ea quę promit/
tuntur

DE BAPTIS. PARVVLORVM

tuntur augendi & confirmandi, ita ut
in nuptiarum, & omnium solenniorū
promissionū atq; pactionum contractu
fieri uidemus. Differētia ergo, qua ba-
ptisma nostrum separatur à symbolis
ueteris populī, est, quod in baptisate
redēptio Christi exprimitur, quę in sa-
cramētis ueterum tantū adumbrabat.
Istud abunde patet. Ab baptisate quo
Ioannes baptizauit nostrum differt,
qd in hoc diuinitas Christi & redem-
ptionis nostrę mysteriū plenius adhuc
explicatur, quàm in baptisate Ioan-
nis; cetera idem baptisma est, nam &
Ioannes palàm in Christū baptizabat,
eīq; baptisate populū iniciabat, docēs
eos, ut in hunc crederent. Act. xix.

A sacramētis euangelicis seiūgitur,
eo quod symbolū est regenerationis,
ac primæ in Christum insitionis, quo
cōmendatur nobis, & confirmatur, de
um iam nos inter suos habiturū. Id em̄
sibi uult, quod baptizamur in nomen
Christi, uel patris, & filiī, & spūs san-
cti. Hoc

Quo bapti-
sma nostrū
differt a ba-
ptisate lo-
annis.

Quo dif-
fert bapti-
sma a reli-
quis sacra-
mentis no-
ui testamē-
ti.

EPIST. MARTINI BVCERI

cti. Hoc siquidem quid sit aliud: q̄ nos
 consecrari Deo, ut eius super nos no-
 men inuocetur, ut Dei filij cognomine
 mur, & simus: Id em̄ ualet εἰς τὸ ὄνομα,
 ὄνομα ἑ. Impositio manuū, adaptatio
 est ad certū in Ecclesia munus sanctè
 obeundum, uel Sp̄s sancti ad eiusmo-
 di functionem collatio. Id quod est eo-
 rum qui iam regeniti sunt. Vnctio olei,
 exhibitio amplioris uirtutis spiritus, si-
 ue ad sanitatem, siue item ad peculiare
 in Ecclesia ministeriū. Adflatus Chri-
 sti post resurrectionem, donatio spiri-
 tus sancti ad administrandam remissi-
 onem peccatorum. Eucharistia, com-
 municatio corporis & sanguinis Chri-
 sti, q̄bus in uitā æternā alimur. Ita ma-
 net baptismati propria, et ultima diffe-
 rētia, q̄d est prima in Christū iniciatio:
 nā cetera om̄ia sunt iam regeneratorū.

Est ergo baptisma nostrū, baptisma
 Christi, q̄d Ecclia usurpare debet, sym-
 bolū acceptationis nostræ apud Deū,
 quo primo nobis ex Dei beneuolentiā
 in Christo iam reuelato, uerbis & tin-

Definitio
 baptisma-
 tis

DE BAPTIS. PARVVLORVM

ctiōne in aqua, offertur & exhibet, no/
stri per spiritū sanctū regeneratio, atq;
innouatio, hoc est, quo patri, fil. & spūi
sc̄to primū cōsecramur & adoptamur.

Huic definitiōi existimamus cōgrue
re, imo inesse, quę cūq; de baptisate
scripturę prædicāt, Rom. vi. dicimur
baptizati in mortē Ch̄ri, cōsepulti per
baptisma in mortē. Quid hoc aliud? q̄
infitio in Ch̄m, ut eius in nobis mors,
p̄c̄m̄ extinguat, uita, nouā & ad dei uo
luntatē cōformatum hoīem fingat &
p̄ferat. Id uero nunquid donū Dei? In
i. Cor. xij. In uno spiritu baptizati di/
cimur in unum corpus. Cuius uero hoc
nisi Dei opus? Gal. iij. Omnes filiij Dei
estis per fidē in Ch̄o: q̄tquot em̄ bap
tizati estis, Ch̄m induti estis. At quis
induit? Ad Eph. v. ut sanctificaret eā,
mundatā lauacro aque in uerbo. Quis
mūdat? q̄s sanctificat? Ad Tit. iij. Se/
cundū misericordiā suā seruauit nos,
per lauacrū regenerationis & renoua/
tionis spūs sancti. Quis seruat, rene/
rat, renouat in spū? Acto, xxij. Surge

EPIST. MARTINI BV CERI

frater, baptizare & ablue te peccatis
tuis. Quis est qui abluuit peccata?

Itaq; sicut in om̄ibus alijs sacramen
tis, cum priscis, tum nostris, sic in bap̄ti
smate uidemus præcipuum esse id, qd
per Ecclesiam suam pollicetur, donat,
exhibetq; Deus. Non nostris, sed Dei
pmissis adhibent̄ ista symbola, inuisibi
lis gratiæ, sunt uisibilia signa, his habe
tur fides. Qui adferebant Domino le
su suos infantes, quid petebāt? nūquid
ut Dñs eis bene precaret? Impositio igi
tur manuum, quo Dñs signo illis suam
benedictionē exhibebat, nunquid sym
bolum erat eius, quod donabat Chri
stus? Quid enim facerent infantes? In
baptismate non dicit is qui baptiza
tur: Ego me baptizo, testificans, me
mihi moriturum, sed ecclesia per minī
strum dicit, hæc enim potestatē habet
peccata remittendi, Ego baptizo te.
Nec dicit, Baptizo te in hoc, ut tu tibi
moriaris, sed in nomen P. & fi. & sp. s.
ut sis iam in fide, curaq; & nomine dei,
filius.

In sacramē
tis id præ
cipuum est
quod nobis
donat Do
minus.

DE BAPTIS. PARVVLORVM

filius eius. Græci, Baptizetur seruus
Christi. A quo quæso: Nonne à Chri-
sto: In Eucharistia: Accipite, mandu-
cate, hoc est corpus meum. Non, Ego
accipio & manduco in testimoniū, qđ
ero panis Christi, unus panis cum san-
ctis. Nec accipite, manducate, ut sitis
unus panis, &c. sed quod traditur pro
uobis, funditur pro uobis in remissio-
nem peccatorum. Noui testamenti,
Quid uero nouum testamentū? Scri-
bam legem meam in cordibus illorū.
Iirmiah, xxxi. Sed quid opus uerbis?
Christus noster seruator est, non nos
ipsi, nostra salus eo constat, quod hic
peccata nostra expiat, & in nobis ex-
tinguit, uitamq; nouā uiuit. Fide hæc
percipimus, sed hanc quoq; scimus Do-
mini gratuitum donum esse. Istuc te-
nere, est uitam æternā possidere. Hoc
itaq; Euangelium, uerbum audibile,
hoc sacramenta uerba uisibilia nobis
prædicant, representāt, exhibent. Sed
iam de infantibus, de baptisate in se

EPIST. MARTINI BVCERI

sint satis quæ memorauimus.

Ex nostra definitione baptismatis, scripturis quas adduximus comprobata, nos liquere existimamus, baptismum debere haberi commendationē, & exhibitionem redemptionis Christi, qua Ecclesia, freta promissione Domini, Christo homines primum consecrat, & peccata illis remittit. Iam si credimus Christo, ueri filij Abrahamæ sumus, & pertinet ad nos quicquid illud, Ero deus tuus, & deus feminis tui. In mille siquidem generationes bonus est studiosus sui. Exod. xx. Cum itaque Deus se, & nostrum, & liberorum nostrorum, futurum Deum, i. seruatorem promissit, id est promiscue, sine exceptione, Ecclesia ista promissione confisa, non minus testari debet se ei habere fidem, & offerentium Domino liberos pronuntiare in fide dei fore, & benedictionis Christi esse participes, quàm id fecerunt ueteres, obsignantes suos infantes signo fœderis diuini, quod in adultis erat signa

Cōmunio
Christi est
paruulorū
igitur & Ba
ptisna.

DE BAPTIS. PARVVLORVM

signaculū fidei præcedentis, Rom. iiii.
in infātib. subsecutura, ut ait D. Aug.
li. 2. cōtra Donat. de baptismo ca. 22.

Christus Dominus certe secutus est
hoc suum institutum. Apportabantur
ei infantes, regnūq; cœlorū illis cōmu-
nio ambiebatur. Repellebāt illos disci-
puli. Quāobrē? Mirū, si nō ideo, quod
infantes nihil dum sentirent de myste-
rio Chri. At quid Chrius? Indignatus
est isti præposteræ prudētia & studio.
Adduci infantes iussit, & arceri uetu-
it, taliū esse regnū dei pronunciauit, &
adeo nihil ad hoc cōferre, quod iam ra-
tionis usu ualent adulti, ut oportere di-
ceret hos ipsos abnegatis omnibus, fie-
ri sicut infantes. i. qui solo ipsius benefi-
cionitanti, si debeāt regni dei uere fieri
participes. Accepit puerulos in ulnas,
impositisq; manib. bñdixit. Quid uero
obsecro hæc erat benedictio? Quid pro
illis oratio? Quid aliud tandem? quàm
redemptionis, quam humano generi
perficiebat, communicatio, sine qua

Christus
paruos
recepit.

EPIST. MARTINI BVCERY

nihil non est noxium; nihil non maledi-
ctioni subiectum;

Sed offendit, Non sunt omnes par-
uuli ad uitam electi. Nec omnes adulti.
Ut igitur de adultis sequimur hanc pro-
missionem; Quicumque inuocauerit no-
men Domini, saluus erit. nec mora-
mur, quod multi inuocant falso, ita cur
non satis sit, & hac de infantibus no-
stris: Ero Deus tuus, & Deus seminis
tui, ut infantes omnium qui Dei esse uo-
lunt; & hinc, freti hac promissione, in-
fantes suos Ecclesie offerunt, id est,
Christo apportant, Christo consecre-
mus. Nostrum non est nisi Dei promissio-
nis niti, Ministri Christi sumus, cumque
signamus adultos, non uolumus tamen
quenquam signare, nisi ut Christi mini-
stri, ac ideo si is uere inuocat. Si quem
enim falso inuocare constaret, cum haud
quaquam tingeremus. Ita tingentes in-
fantes, uolumus tantum promissionis
filios tingere. Promissio sine exceptio-
ne delata est omnibus, qui Dei sunt. Qui
uero

Ecclesie
est promissio
sa dei sequi,
non electio-
nem, non sen-
sum cordis.

DE BAPTIS: PARVVLORVM

uero Dei sint, nobis non nisi ex ipsorū,
aut eorum, in quorum potestate sunt,
confessione iudicandum.

Deus olim populum uoluit habere,
qui in ueritate suus esset populus, & ni
hilominus iussit promiscue omniū in
fantes signari signo redemptionis, Ita
Christus ipse nihil discernens, quicun
que offerebātur infantes benedicebat.
Deo itaq; cum uisum sit ita suo populo
gratiā suam offerre à puero, & discre
tionem que per nos fiat, differre, donec
quis Ecclesiam de peccato admonen
tem, nolit audire, quid uolumus esse sa
pientiores, deq; puritate Ecclesiæ plus
soliciti, ipso deo. Non est temere, quod
infantibus benedictio Christi ab eo tū,
quod in terris fuit Dei populus, pa
lām, & solenniter offertur. Ipse si ante
mundi constitutionē nos eligit, certe
statim in utero apud se sanctificat, &
ab utero segregat ad id, ad quod unū
quemq; destinauit. Plus refert gloriæ
Dei, ut prædicetur redemptio Christi,

Deus pro
miscue suo
rum infan
tes sanctifi
cari sent
per uolunt

EPIST. MARTINI BVCERI

in nobis perficientis: omnia, quàm nos-
ter conatus, uel pollicitatio de pœni-
tentia. Tota salus, opus Christi. Vtinã
educando, docendo, & monendo erga
adolescentes & adultos, impigri & pru-
dentes essemus, indubie, quod exem-
plo Christi, iuxtaque promissionem
Dei, & mandatã ueteribus obseruatio-
nem, infantes nostros promiscue Ec-
clesiæ cooptamus, nihil incõmodaretur.

Porro sunt, qui dum uident se urge-
ri instituto Dei in populo ueteri, conã-
tur populum illum nihil nisi carnem
ipsam facere, ut inde conuincant, nobis
eos non esse uel hic uel alibi imitabiles.
Tu autem mi frater, credis utiq; episto-
læ ad Hebræos, imo omni scripturæ, q̃
ueteribus eam fidem tribuit, qua &
nos uiuimus, Illi olea naturalis, cui nos
ex oleastro desumpti, insiti sumus. V-
nus succus, una pinguedo. Roma. xi.
Illi tantum pueri magis, nos conuenie-
bat esse spiritu adultiores. Quo itaque
gratia facta per Christũ, exaltato eo,
& ad

Discrimen
ueteris &
in noui populi
N.

DE BAPTIS. PARVVLORVM

& ad uniuersos iã homines reuelato, cœpit patere latius, quàm antea, hoc magis nobis cõuenit, quàm ueteribus, communionem fœderis diuini infantibus populi Dei solenni sacramento impartire. Et non solum imitandi nobis hac in re ueteres sunt, sed etiam aliquo modo superandi, ita ut populus Dei nunc plene adultę ætati Christi accessit propius, & in possessione gratiæ se ipsum superauit. Antea enim ceu puer adhuc erat, à plene adulta ætate Christi remotior, etsi ne tum quidem nisi in Christo, & per Christũ, populus Dei. Hinc & puellas baptizamus, & recens natos, cũ illi tantũ mares, & octauo die circũciderent. De hac amplificatione græ, nõ à carnali ad spũalem, sed à minus spiritali ad plus spũalem, ac eundem populũ, legis passim apud omnes Patres. Habes nũc & quo nitamur, infantibus nostris baptisma impertiẽtes.

Sic enim colligimus. Baptisma nostrum est prima cõmunionis Chri ob-

EPIST. MARTINI BVCERI

Demonstra
tio bap-
tismi par-
tialis.

latio, exhibendum ergo, quibus hæc de-
betur cōmunio. Hanc debemus, ex pa-
cto Dei & iussu ad Abraham ædito, tū
etiam ædicto, & exemplo Christi, so-
lenni sacramēto oblati ipsi infantibus
impartire, igitur baptizādi. Item, Ba-
ptisma sepelitio est in mortē Christi,
si cui igitur hoc sacramentum Ecclesia
negat, testat̃ eum non esse mortis Chri-
sti participem. Id nephas est sentire de
nostris infantibus, qui sancti sunt, &
promissionem habent, Ero deus semi-
nis tui, Ergo tingēdi in nomē Christi.

Preterea, Christus dñs noster eorum
demum peccata remitti pronunciat,
quorum Ecclesia peccata remittit, nisi
ergo & infantibus, qui Christo offerū-
tur, peccatū in quo nati sunt, Ecclesia
remittat, nō est quod id remissum illis
spem certam habeamus. Quæ caussa et
D. Augustino, et reliquis sanctis patri-
bus fuit, ut eos infantes, qui non essent
abluti baptismate, expertes salutis iu-
dicarint. Non quod illi unquā putarint
salutem

DE BAPTIS. PARVVLORVM

salutem alterius, q̄ Christi esse opus,
 aut ulli externæ rei affixam, sed existi-
 marunt ex promissionibus seruatoris,
 de hominum salute censendum. Id q̄d
 pleriq; hodie parum obseruantes, san-
 ctissimis Patribus luculentam faciunt
 iniuriam, reiſcientes eos, ut qui uolue-
 rint externis actionibus & symbolis,
 per se, inesse uim peccata purgandi, cū
 illi hanc spiritui sancto nunquā non di-
 fertè adscribant, sed operanti in Eccle-
 sia, per uerba sua, & sacramenta, ita ut
 promisit. Nec adesse ilico hanc uim spi-
 ritus sancti, simulac externa illa, quo-
 cunq; demum pacto adhiberentur, nec
 spiritum sanctum non posse sine his in-
 animis sanctificationē efficere, uspiam
 do ueruit. Vnde uulgatū illud in scho-
 lis fuit, Deus non alligauit gratiam su-
 am sacramentis. Ex eo nos etiam noli-
 mus cuiquam autores esse, animum de-
 spondendi de infantibus suis, qui non-
 dum in Dñm tincti decedunt, si modo
 Ecclesiæ ministeriū is non contemnat.

EPIST. MARTINI BV CERI

At quia nunc Christophalam regnāte,
administratio remissionis peccatorū,
in Ecclesia dei debet multo plenior es-
se, & patere, q̄ apud ueteres latius, non
dubitauerimus, grauius peccare eos,
qui infantes suos Ecclesie offerre, &
huius ministerio illis purgatio nem per
sacrum baptisma, petere, negligunt.

Postremo cū Dñs amandaret discipu-
los suos ad p̄dicandū Euangeliū omni
creature, ad docendū oēs gētes Matth.
& Marci ulti. præcepit eis ut quicumq;
Euangeliū recepissent, baptizarent, &
ita in fœdus suū reciperent, populo dei
incorporarēt, oleę insererēt. Hic roga-
bimus, an Apli ex hoc Dei iussu debue-
rint tantā diuinę grę communionē im-
partire Gētibus, q̄ tam antea Deus im-
partiri uoluerat Ebreis. Nō poteris in-
ficiari quin adhuc ampliorem, Ch̄s si-
quidē in se ex utroq; pp̄lo unū facit, &
q̄ baptizati sunt in Ch̄m, ita iam Chri-
stum induerunt, ut per eum uere filij
Abrahę sint, ac ideo oīm corū quecūq;
huic

DE BAPTIS. PARVVLORVM

huic patri fideliū gentiū, unq̄ promiss/ sa sunt, hoc amplius q̄ ueteres partici/ pes quo adultiore spū donant. Iam A/ brahæ pmissum est, Ero & Deus semi/ nis tui, idē tam certo, ut sacramēto fœ/ deris solēniter semen eius Deo conse/ crari debuerit. Ergo cum Chrs Gentes baptismate sanctificari iussit, & ita di/ uine illis gr̄a fœdus offerre, idē nō mi/ nus plenē, q̄ olim, imo amplius, dubita/ ri nō potest, eū iussisse baptizare, & ba/ ptizatorū infātes. Ac ita hic ipse locus quē adeo urgetis, errorē uestrū p̄cipue evertit. Iussit Dñs gentes docere & ba/ ptizare. Recte, igit nemo baptizādus nisi antea doctus: unde p̄batur hęc ex/ clusio. Hoc aut̄ consequi necesse est, cū Dñs baptizare iussit q̄ Euāgelij doctri/ nam recipiūt, hoc est, oīm promissionū Abrahæ facere participes, uoluisse, ut & horū infantes, ī fœdus suū tingerēt. Nā nisi hoc uoluit, nō est gentibus tm̄ baptismate collatū, q̄ tū Iudeis olim cir/ cū cisione, q̄d est impiū dicere, nec etiā

EPIST. MARTINI BV CERI

maiores baptisate Ch̄ro, uere & ple-
ne inferi possunt, nisi simul in commu-
nionē huius fœderis admissio & illorū
semine. Stat em̄ uerbū hoc cōiunctim:
Ero Deus tu. & Deus semi. tui. Nec
potest pmissio de salute adultorū uera
esse, si nō simul teneat & promissio de
salute infantū, qui sunt horū semē. Cū
igitur Ch̄us salutis cōmunionē gen-
tibus baptisate offerre iussit, & ius-
sit offerre totam, assumi q̄ eas ita ut an-
tea assumpti fuerant Iudæi, utiq̄ & in
gentibus minores cū maioribus, omne
scilicet sanctorū semen assumere præ-
cepit. Qui autem uere horum semen
sint .i. semen promissionis, noluit, ut
diximus, in infantia discerneremus.

Contra hæc illa prorsus nihil ualēt,
quæ de figura spiritualium infantium,
spiritualis circuncisionis, quidam ex
suo capite, sine ulla scripturarum auto-
ritate, & contra expressam omnīū Pa-
trum doctrinā, de hoc exemplo circun-
cisionis, cōminiscuntur. Clara promissio.

DE BAPTIS. PARVVLORVM

fio, certum factum, foedus plenū, uer-
 ba disertā: Ero Deus tuus, & Deus se-
 minis tui, hoc est, seruator. Quod ita
 in figura contigit illis, ut nos non dubi-
 taremus, ista nō minus ad nos gentes,
 quā ad Iudæos pertinere, cū quibus
 eundem habemus Deum, eundē me-
 diatorem, idē baptisma, eundem ci-
 bum & potum spiritalē. Locus em̄
 quo nituntur isti, est i. Cor. x. Omnia
 in figura illis cōtigerunt. Scribit siquē
 Apostolus, Quæ ueteri populo accide-
 runt, nobis typos, & figuras esse, ut in-
 de discamus quas illi pœnas impietatis
 dederunt, & nos daturos esse, si eandē
 impietatē admiserimus, quia illi pari-
 ter baptizati sunt, eandem escam, eun-
 demq; potum spiritalē biberūt, atq; ideo
 æque populus Dei fuerunt, atque
 nos; proinde cū illis non pepererit De-
 us, neq; nobis par surum. Vide ipse, &
 excute hunc locum. Quā uero nunc
 egregia prædicatio diuinę per Christū
 factæ gratiæ Gentibus, æquatos fateri

nos ueteribus in eo, ut non minus Deus
 nos puniat, si uiuamus impie, quam ue
 teres, id quod ita simpliciter fatendū
 est, nisi disertis Apostoli uerbis uelis
 contradicere, & nolle fateri, æquatos
 nos etiam in beneficijs, ut æque infan
 tes nostros in fœdus Dei solenniter ac
 cipi debeant, atq; solebāt in populo pri
 sco. Sed quid opus uerbis, Paulus hoc
 ipso loco, & nusquā nō, nos cum ueteri
 bus eundem Dei populum facit, & re
 ipsa sacra eadē utrisq; tribuit, Et illi qui
 hic Ecclesie Christi contradicere in ani
 mum induxerūt, nescio quibus figura
 tionibus, nunc ueteribus nihil quàm li
 teram & carnem relinquunt, nunc no
 bis gratiæ amplitudinem adstringunt,
 & semen nostrum fœdere Dei, quantū
 in ipsis est, excludunt. Portenderunt
 quidem, & adumbrarunt in populo ue
 teri omnia Christum, & quæ Christus
 in nobis gerit, ex eo autem nequaquā
 colligere licet, uel illos fuisse sine Chri
 sto, uel

DE BAPTIS. PARVVLORVM

sto, uel nos nō debere, uti illi, in fœdus
Domini assumere solenni sacramento,
nostros infantes, cum id tamen & Do-
minus suo ipse facto, & uerbo tam san-
ctè præceperit.

Verum dices, facesse infantes quoq;
nostros per Ecclesiam debere publici-
tus, & solenni sacramento sanctificari.
Cur autem non satis habetis id fecisse
sacramento impositionis manuum, ut
Christus? Christus neminem omnino
aqua baptizauit, usus igitur est erga in-
fantes hoc sacramento impositionis ma-
nuum. At suis uoluit primum gratiæ
symbolum esse baptisma, impositio-
nem manuum sequi, ita ut obseruatum
ab Apostolis legimus. Est enim Ba-
ptismus regenerationis symbolum.
Quem ordinem & cum infantibus ob-
seruatum esse, cum ab ipsis Aposto-
lis, tum ab omni hæcenus Ecclesia, ne-
mine unquam contradicente, usque ad
hoc hoim genus, quod a deo impijs &

EPIST. MARTINI BVCERI

damnoſis dogmatis Euangeliũ cõcul-
cat, ualſtat Eccleſias. Non ignoras nos
id oncocoſ teſtes habere, Originem, Cy-
prianium, Auguſtinũ, & quicquid pa-
trum extat, Habes ex hiſ & quæ ſit no-
ſtra de paruulorum baptiſmate ſenten-
tia, & quibus eam conſiſtere arbitra-
mur. Nunc ad tua.

Definitionem tuam non recipimus,
nec putamus ullo modo ſcripturis con-
formem. Viſ baptiſma eſſe tinctionẽ,
qua mergi tantum credentes cõueniat
in ſignum quod peccatiſ mortui, & re-
nouati ſpiritu, in nouitate uitæ ulterius
ambulare & debeãt, & uelint. Et poſt
paucula, Non ſignificat quod uenturũ
eſt, ſed quod actum eſt, nimirũ, quod
qui baptizãt, iam plane mortuus pec-
cato, corpus peccati prorfus deponat,
& ſepeliat, & ſeiþm reſignet. Hæc tua.

Quæ obſecro conferas cum ſcriptu-
ris, in quibus eſt uel aliqua baptiſma-
tiſ mentio. Illæ agnoſcunt baptiſma la-
uacrum regenerationiſ, non quæ iam
ante

DE BAPTIS. PARVVLORVM

ante perfecta sit, sed accipiatur in Christo, quo peccata abluantur, condonentur, expurgentur per Christum, non quo proficere, te illis iam mortuum, corpus peccati deposuisse, te sepelire & resignare. Quicumque baptizati sumus in Christum Iesum, in mortem eius baptizati sumus, consepulti igitur &c/
 Vide frater, Baptizamur, non baptizamur; baptizamur in mortem Christi, consepelimur, resuscitamus, uiuificamur; non sepelimus, nos, resurgimus, uitam arripimus. Omnia fiunt nobis, nos nihil facimus. Ipse eligit, assumitque nos, non nos illum. Quid? regeneramur. Ah quid huius nostrum esse potest? Non finximus nos ipsos frater, multo minus refingemus. Christus est, qui seruat populum suum a peccatis suis. Hoc hoc est in Ecclesia predicandum, hoc uerum, hoc firmum est, nos mendacium & uauitas. Quanti nostra quæso pollicitatio, quanti nostra professio? Ne igitur, quod est sacramentum Redemptionis

Baptisma
 symbolum
 est domi dei
 non nostri
 conatus.

EPIST. MARTINI BVCERI

domini nostri Iesu Christi, rei certissimæ, doni ἀμεταμέλητος, faciamus symbolum tantum nostræ pollicitationis, rei o quæ nihili, quàm dubiæ. Ecclesia Christi uim & spiritum exhibet, nihil conatus humani. Ipse Dominus lauat nos, & seipso induit.

Sed uideor uidere, quid tibi & alijs hic occasio sit lapsus. Paulus libenter à sacramentis argumenta ducit, quibus inuitet nos, ut digne ambulemus uocatione nostra. Nostri enim restitutio sic est, ut suo tempore & mens nostra uera iudicet, uoluntas & omnes uires, uerum mentis iudicium, pronæ sequantur, ut toti Deum uiuamus, id est non scientes tantum & uolentes, sed etiam summa solitudine satagentes. Ex auditu uero, ut fides uenit, ita fidei quoque profectus. Per nostram plantationem & rigationem Deus plantulas suas prouehere statuit, sed cum ipse adiecerit incrementum. Renatis igitur & habentibus iam spiritum, quo quæ Dei sunt recte percipiuntur.

Quomodo
Apostoli a
sacramentis
exhortatio
nes duxerunt.

DE BAPTIS. PARVVLORVM

tur, Apostolus commendat Dei beneficia, per quæ hæc allicit, ut gratos sese præsentent, utque digne uiuant sua uocatione, totis uiribus enitantur. Hoc ita succedit, adspirante suum spiritum Christo, sicut initio, cum ostendebatur, omnia extra Christum mortem esse, in Christo uitam æternam propositam, successit ad id, ut homines Christo crederent.

In Baptismate igitur, cum Christo consecrati & insiti sumus, eoque à morte in uitam translati, à peccato ad iustitiam, admonet merito huius Paulus, ut agnoscamus non esse nostrum uiuere peccatis, quorum nobis in Christo mortificatio, per baptismum donata est, perficienda tandem etiam in uita nostra, ut nunc apud Deum perfecta est, qui electis peccata non imputat. Ita primo Corinthiorum xij. ad concordiam inde hortatur, quod in unum corpus baptizati sumus. Ab Eucharistia, in qua est communio Christi, docet primo Corinthiorum x. fugiendam comunione

EPIST. MARTINI BVGERI

dæmoniorum in idolis. Interim autem Gal. iij. ex eo quod in baptismo Christum induiti sumus, probat etiam nos per Christum filios Abrahæ. Ephe. v. Christum esse caput nostrum, sponsum Ecclesiæ, qui eam sanctificat & mûdat per baptisma. Tit. iij. Nos nullis nostris meritis, sed gratia seruatos per Christum, lauacro regenerationis, Paulo conuerso, credenti, & iam habenti cum ceterorum remissionem peccatorum, dicebatur: Surge, baptizare, & abluere peccatis tuis. Tanti est Christo per Ecclesiam peccata remitti.

Vide nunc qualis sit ratio tua, Paulus dicit non posse Christianis competere, ut in peccatis uiuant, qui sint per baptisma consepulti Christo, ac ita peccato mortui, sed horum esse toto se peccatore meditationi noue uitæ impendere, Ergo nemo debet baptizari, nisi antea peccato planè mortuus: uel, Est de substãtia baptismi, quod significet peccatum iam planè extinctum. Accipe simile,

DE BAPTIS: PARVVLORVM

simile, Est quispiam cura medici à le-
tali morbo aliquantisper restitutus, &
pulchrè reualefcit, mortis periculo, si
medico dicto audiens sit, planè libera-
tus, ut dicere liceat eū reuixisse, huic
ualetudinem teneram adhuc male cu-
ranti, & quasi ultro morbum reuocāti
dicit amicus. Vide cum te medico cō-
mitteremus, uelut in mortem, & exi-
tiū morbi sepultus es, ut deinceps pro-
spera ualetudine utereris, qui potes igi-
tur opera medici tibi redditus, morbū
q̄si ultro repetere, & nō fugere potius
q̄cunq; illum ualēt reuocare, totumq; te
sanitati plene recuperandæ addice-
re? Ex his iam huius amici uerbis si qs
ita uelit colligere: Committere se me-
dico, est sepeliri in exitiū morbi, ut
quis sanus deinde uiuat, ergo nemo de-
bet medico committi, nisi sentiat iam
in se, & profiteatur morbum extinctū,
sanitatemq; penitus restitutam. Quis
non adferat helleborum sic colligētis?

At uide ipse mi Frater, an non tua

EPIST. MARTINI BVCERI

quoque ratio sic habeat: Paulus hortatur intelligentes ad quid baptizati sint, nempe, ut Christus in eis omne peccatum extinguat, nouamq; & Dei uitam uiuat, ad quod se illi Christo totis debent uiribus accommodare, uti iam diximus. Hinc tu sic colligis: Baptismus est in mortem peccati sepelicio, ut iustitiæ deinde uiuamus, imo Christus uiuat in nobis, Ergo qui non iam confectam in se omnem iniquitatem, & uitam Dei planè uigere experitur, & de se confitetur, is non debet in Christum baptizari: hoc est, Christo medico committi, ut peccatum quod in eo adhuc seuit per illius spiritum extingatur, & iustitia, cuius is adhuc expertus est, excitetur. Studium istuc frater peccatum in nobis extinguendi, & iustitiam Dei meditandi, quod spiritus Christi in ijs, qui Christo insiti sunt, suo tempore operat, huiusq; studij professio, non est ipsa restitutio & refectio nostri, sed effectus, & fructus huius nostre

strire

DE BAPTIS. PARVVLORVM

stri restitutionis & refictionis. Qui quidem fructus in om̄ibus renatis suo tempore, si hic uiuant, sese explicat, & profert, haud quaquam tamen est ipsa nostri regeneratio, aut etiam huic re ipsa necessario coniunctus. Nisi uelis infantes, in quibus per ætatem id studiū locū nondū habet, semel omnes satanæ addicere, & Deum, qui promisit se horum quoq; Deū, i. seruatorē fore, tum & Chr̄m, qui hos b̄ndictiōis suę, q̄ nihil aliud q̄ mortis peccati, nouēq; uitæ impertitio eē potest, uerbo, & factō participes pnunciauit, arguere mendaciū. Iam Baptismus, regeneratiōis, nō fructus, et effectus regnatiōis, symbolū ē.

Quid? An non & circuncisōs olim Prophetæ eisdem uerbis quibus baptizatos Paulus, appellarint? & ad meditantandam cordis circuncisionem inuitarint? Nam & circūcisio, depositio corporis peccati erat. Coloss. secundo. Q̄ impie autem colligere eum Prophetæ iudicassent, qui hinc, ut tu mi

EPIST. MARTINI BVCERI

frater in tempore amplificatæ gratiæ
 facis, collegisset. Qui circumcisi sunt,
 corpus peccati deposuerunt, ergo cum
 infantes proprio studio peccati corpus
 nec deponant, nec deposituros se profi
 teri queant, non sunt circumcidendi.
 Nec ob id tantum, impiū huiusmodi
 argumentū Prophetæ iudicassent,
 quia contra erat expressum Dei præce
 ptum, sed etiam quod id ipsius naturæ
 fœderis Domini & circumcisionis inge
 nio ex diametro aduersetur. Nam nec
 olim circumcisione, nec modo bapti
 smate ita in Dei fœdus uenimus, ut qui
 iam peccato prorsus purgati, & iustitia
 planè simus præditi, sed ut Dñs præ
 stans se nostrum Deum, continuo suo
 in nobis spiritu, innatam peruersitatē
 expurget, & iustitia pollere faciat. Et
 enim dum hic uiuimus, semper morti
 ficationi membrorum, quæ super terrā
 sunt, & legis quæ in mēbris nostris ad
 uersatur, legi Dei abolitioni studen
 dum: Deinde cum Deus ipse nos in re
 stitutiōe

DE BAPTIS PARVULORVM

stitutione nostri preueniat, & omnem nostram operam anteuertat, hancq; restitutionem etiam in infantibus ordiatur, cum amplitudine diuinæ beneuolentiae, & ratione foederis saluifici, qd utiq; haud minus in baptismo offertur, quam olim in circūcisione, nec minus quam olim late patet, omnino pugnat, adfirmare, ad primam initiationem in hoc foedus, quæ in baptismo fit, necessarium esse cum iustitiæ professione, peccatum iam esse plane confectum, & iustitiam prorsus obtinere.

Proinde si Baptisma in se ipso consideramus, ut est symbolū regenerationis, atq; ob id exhibendū omnibus, quibus hanc legimus promissam, uelimus nolimus, fateri oportet, id quod tu ut propriū baptismati in eius definitione posuisti, se ipsum peccati mortificationi, & nouæ uitæ meditationi addicere; aut, iam peccatis plane mortuū, solidæq; iustitiæ compotem esse, accidēs Baptismati esse, non propriū. Ut em̄

EPIST. MARTINI BV CERI

in adultis, & animus, & professio oēm
innatam prauitatē extinguenti, & ad
Dei uoluntatem uitam omnem confor
mandi, ad baptisma requirit, uerōq; ba
ptismati deesse non potest, haud tamen
oportet, hæc adesse renatis oñibus, &
in baptisate quorūlibet. At qui bap
tismus lauacrum regenerationis est, in
uniuersum, non ex parte, omnium qui
huius Christi bñficio compotes sunt,
non aliquorum.

Et illud, peccatis iam planè mortuū
esse, de quo D. Paulus aliquoties loqui
tur, non nisi per Christum contingit,
qui pro nobis patri ita satisfecit, ut ille
nobis peccata nō imputet, tum nouam
quoq; uitā ipse in nobis instituit. Id si/
cut nullo nostro nobis merito, nulla itē
opera, sed solo suo merito, suo spiritu,
præstat, ita perinde ei est, præstare hoc
infantibus atque adultis, ijs sanè, quos
pater destinauit huic sorti, ut confor
mes imaginī primogeniti euadant.
Nam quod in adultis mens ista credit,
& cu

DE BAPTIS PARVVLORVM

& cupit, ac inde suo studio sectatur, do-
num & opus Christi est, efficientis in
nobis uelle & operari. Nec ideo à Chri-
sto alieni infantes sunt, quod in eis ista,
pro aetate scilicet, nondum operatur.
Seruat quod perijt, & in Adam perijt,
sed unumquodque suo ordine, suo mo-
do. Nos Ecclesiae ministerio consecra-
re ei debemus, & qui id ipsi Dominũ
confessi petũt, & horũ infantes. Id ipse
ita praecepit & initio fœderis sacri, &
cum per Christum id ad Gentes quoq;
erat proferendum, iam innouatum.

Ex his itaq; locis, quod baptismus
in mortem Christi sepelitio, Christi q;
est induitio, tam non euinces infanti-
bus baptisma Christi conferri non de-
bere, quam nullis unquam scripturis
probaueris, Christum non etiam in-
fantes eripere ex morte, quam inuexit
orbĩ Adam primus. Cunque infanti-
bus sibi oblatis ipse suam benedictio-
nem promiscue impertiuĩt, & diserte
pronunciauit talium esse regnũ cœlorũ

EPIST. MARTINI BVCERI

rum, ita ut olim promiscue omnes in fœdus Domini recipiebantur, dicere Christianus non potest, signum baptismatis in infantibus eorum, qui illos Christo offerunt, esse ociosum. Neque sic coire necesse est Ecclesie ministerium, & opus Christi in animo operantis, ut nullus omnino tingi debeat, nisi certum sit illum spiritus Christi compotem esse, nam alioqui ne adultos quidem baptizare liceret, cum quid Dominus in illorum agat cordibus, cerni a nobis haud possit.

Patres pro te adducis, & ibi, ubi ad adultos uerba faciunt, meritoque eorum admonet, quae sacramentis ut offeruntur, ita etiam significant, quibus sane omnibus eorum uoluntas, qui illis adulti participant, congruere debet. Porro ex his inferri non posse, infantes non esse tingendos, eo quod istam uoluntatem nondum habent, sancti Patres ipsi satis testantur, qui non solum a baptismo infantes nunquam reiecerunt, sed etiam commendatam ab Apostolis hanc obserua-

Quid patres de baptismate paruulorum.

DE BAPTIS. PARVVLORVM

seruationem, diserte confirmant Ori-
gines in vi. caput ad Rom. ita scripsit.
Pro hoc & Ecclesia ab Apostolis tradi Origenes.
tionem suscepit: etiam paruulis bap-
tismum dare. Sciebant enim illi, quibus
mysteriorum secreta commissa sunt di-
uinorum, quia essent in omnibus genui-
nos sordes peccati, quæ per aquã, & spi-
ritum abluui deberent. Hæc ille.

Aug. de baptismo contra Donatistas,
lib. iiii. cap. xxiij. & xxiiij.

Sic autem in latrone quia per neces-
sitate[m] corporaliter baptismus defuit,
perfecta salus est, quia per pietatem spi-
ritualiter adfuit, sic & cum ipsa præsto
est, si per necessitate[m] desit, quod latro Augustinus
ni adfuit, perficitur salus. Quod tradi-
tum tenet uniuersitas Ecclesiæ, cū par-
uuli infantes baptizant, qui certe non-
dum possunt corde credere ad iustitiã,
& ore confiteri ad salutem, quod latro
potuit, quin etiam flendo & uagiendo,
cum in eis mysterium celebratur, ipsis
mysticis uocibus obstrepunt, & tamen

EPIST. MARTINI BV CERI

nullus Christianorum dixerit eos inani-
 ter baptizari. Et si quisquā in hac re
 auctoritatem diuinam quærat, (quan-
 quam quod uniuersa tenet Ecclesia,
 nec concilijs institutum, sed semper re-
 tentum est, non nisi auctoritate Aposto-
 lica traditum rectissime creditur) ta-
 mē ueraciter conijcere possumus, quid
 ualeat in paruulis baptisimi sacramen-
 tum, ex circumcisione carnis, quā prior
 populus accepit, quam priusquam acci-
 peret, iustificatus est Abrahā. Sic Cor-
 nelius etiam dono spiritus sancti pri-
 usquam baptizaretur datus est. Di-
 cit tamen Apostolus de ipso Abrahā,
 signum accepit circumcisionis, signa-
 culum fidei iustitiæ, qui iam corde cre-
 diderat ei, deputatum illi erat ad iusti-
 tiam. Cur ergo ei præceptum est, ut
 omnem deinceps infantem masculum
 octauo die circumcideret, qui nondum
 poterat corde credere, ut ei deputaretur
 ad iustitiam, nisi quia & ipsum, per se
 ipsum sacramentum multum ualebat.
 Quod

DE BAPTIS. PARVVLORVM

Quod in filio Moyſi per angelū mani- Exod. 4.
 feſtatum eſt, qui cum adhuc incircum-
 ciſus à matre ferretur, præſenti, & eui-
 denti periculo, ut circuncideretur ex-
 actum eſt, & cum factum eſſet, depulſa
 eſt pernicies. Sicut ergo in Abraham
 præceſſit fidei iuſtitia, & acceſſit cir-
 cuncifiſio ſignaculum iuſtitiaẽ fidei, ita
 in Cornelio præceſſit ſanctificatio ſpi-
 ritualis in dono ſpiritus ſancti, & ac-
 ceſſit ſacramentum regenerationis in
 lauacro baptiſmi. Et ſicut in Iſaac, qui Gene. 21.
 octauo ſuaẽ natiuitatis die circuncifiſus
 eſt, præceſſit ſignaculum iuſtitiaẽ fidei;
 & quoniam patris fidem imitatus eſt,
 ſecuta eſt increſcente ipſa iuſtitia, cui-
 uſ ſignaculum in infante præceſſerat,
 ita & in baptizatis infantibus præce-
 dit regenerationis ſacramentum, & ſi
 Chriſtianam tenuerint pietatem, ſe-
 quitur etiã in corde conuerſio, cuius
 myſterium præceſſit in corpore. Hæc
 ille.

EPIST. MARTINI BVCBRI

Cum his ipse nosti, quicquid nobis Patrum extat consentire, adeoq̄ omnes censere baptisinate infantibus Dei fauorem, communionem Christi, spiritum sanctum Ecclesiæ ministerio conferri, iussu, & institutione Christi, ut

Cyprianus D. Cyprianus, tam uetus martyr, in concilio illo in quo Fidi præbyteri sententiã, qui putabat decere ut infantes octauo demum die baptizarentur, ita ut olim administrata fuit circūcisio, cum collegis LXVI. excussit, ita scripserit. Quantum uero ad causam infantium pertinet, quos dixisti intra secundum, uel tertium diem quo nati sunt constitutos baptizari non oportere, & considerandam legem esse circuncisionis antiquæ, ut intra octauum diem, eum qui natus est, baptizandum, & sanctificandū non putares, longe aliud in Concilio nostro omnibus uisum est. In hoc enim quod tu putabas esse faciendum, nemo consensit, sed uniuersi potius iudicauimus nulli hominum nato misericordiam

DE BAPTIS. PARVVLORVM

cordiam Dei, & gratiã denegandam. Nam cum Dominus in Euangelio suo dicat: Filius hominis nõ uenit animas Luce 9. hominum perdere, sed saluare, quantũ in nobis est, si fieri potest, nulla anima perdenda est. Quid enim ei deest, qui semel in utero, Dei manibus formatus est: Nobis enim atq; oculis nostris secundum dierum seculariũ cursum accipere, qui nati sunt, incrementum uidentur. Cæterum quæcunq; a Deo fiunt, Dei factoris maiestate & opere perfecta sunt, &c. Hæc ille. At qui nõ ignoras quo tempore D. Cyprianus floruerit. Eusebius memorat eum martyrio coronatum Anno Christi CCLIX. Hoc ergo tempore, eo loci Pædobaptisma in Ecclesia habitum est, ut quantũ huius ad nos attinere potest, nõ perdere animas infantium crederentur, qui baptisma illis negassent. Proinde de te homine erudito, & ut te tua epistola exhibet, candido, qui Patres legisti, admodum miror, qui in mentem inducas,
D

EPIST. MARTINI BVCERI

Patrū testimonia pro te adducere contra Baptisma paruulorū. Extant quidem aliquot sanctorū Patrū orationes ad catechumenos, ut enim quotidie alii qui ex Gentibus cōuertebant, ita semper aderāt eis in sollemnioribus illis baptismi administratiōibus, adulti, quos tingerent. Ad quos cum uerba facerent, recte cum Apostolo Paulo eorū uoluntatem & studiū ad ea quæ in Baptismate offerebantur, nempe mortificationem peccati, & institutionem nouæ uitæ, uerbo Dei excitare operam derunt. At nec ista uoluntas, nec studium seruat, sed Christus, & huius beneficii, non nostri studij, symbolum atq; oblatio est baptisma. Est enim lauacrū regeneratiōis. Nihil ergo hinc detrahi potest infantibus. Id, ut omnes Patres testatur, uniuersitas Ecclesiæ ab Apłis usq; ita credidit, ita obseruauit, ita prædicauit: omnino ergo indignū te facis, quum simplicioribus Patrum testimonia contra pedobaptisma obijcis, quos
 nosti

DE BAPTIS. PARVVLORVM

noſti cum tota Eccleſia impium iudicas
ſe, ſi quis infantes arcendos baptiſma-
te docuiſſet.

Dolet autē plurimū, tibi parum fir-
mū uideri illud, quod Origenes, cum
quo tota Eccleſia conſentit, ſcribit, ba-
ptiſmate abluī in infantibus peccatum
originale, maxime cū is dicat iſtud ab-
lui per aquam & ſpiritum, non aquam
ſolum. Baptiſmate ſi nō abluuntur pec-
cata, cur dicebat Ananias Paulo, ſur-
ge frater, & baptizare, & abluere pecca-
ta tua? Quomodo ſcribit Paulus, Chri-
ſtum baptiſmate ſanctificare & mūda-
re Eccleſiam ſuā? Non debes, mi frater,
cū de Sacramentis Chriſti loquimur,
nudum reſpicere elementū, nec ſolum
miniſteriū hoīm, baptiſma Chriſti di-
citur & eſt, Et nobis non ſecundum ar-
canum electionis, ſed eas notas quæ in
promiſſionibus Dei continentur, & a
nobis cognosci poſſunt, iudicandū eſt,
ſaluo ſemper Deo iure electionis ſuæ
Sanctificetur nomen tuum, in om̄ibus

EPIST. MARTINI BVGERI

uotis primū est. Paulus istuc secutus, scribit Galatis, Christum induistis, quicumq; baptizati estis. Et potuit fieri, ut plerique illic baptizati essent, qui nihil minus quā Christū induerint unquam. Mirum enim si ager Domini, non & illic suas habuerit zizanias. Sed his non erat baptisma institutum, nec his uolebat Ecclesia illud communicare, & si suum ordinem secuta, tales tingerit, uel quia Christū confiterentur, uel quia à confitentibus offerrentur. Nam de utrisq; extat promissio, ut dictum.

Multis istuc oculos præstringit, & d uident scripturam, ubicunq; de sacramentis loquitur, tribuere illis, ad quod instituta sunt, esse ea nimirum, reales exhibitiones cōmunionis Christi, & interim cernunt multis sacramenta impartiri, qui nihil Christi recipiunt. His depelleret hanc nebulam, si perpendere, sic omnino Domino de sacramentis suis loquendum fuisse, ut & ipse ea instituit,

DE BAPTIS. PARVVLORVM

instituit, & ab Ecclesia sua uult usurpa-
ri, etiam si eam ipse ignorare uoluerit,
multos quoque obrepere hædos, quibus
nulla ipsius communio unquam obtin-
git. Satis Ecclesiæ esse uoluit, si suum
uerbum & promissionem, pro ipsius
cognitione sequatur. Eoꝝ prædixit
oportere sic fieri, ut zizanijs ager sur-
us nunquam careat. Mentium secreta
recta nobis esse statuit, & tamē per nos
salutem omnibus offerri poscit, ita ut
probi agricolæ est, omnibus arboribus
curam suā impendere, etiam si satis sci-
at, haud omnes fructuū prouentu ope-
ræ suæ responsuras. Excindere arborē
tum demū debet, cum spem usque fru-
stratur, & tamen abunde & impēsū
curæ est, & temporis, ut fructum red-
dat, indultum.

Concludis: Porro si istuc uerum est,
Quod Baptismus significare debet, eū
qui baptizatur, mortuū peccato, sepe-
liri in Baptismo, & resurgere in nouita-
tem uitæ, nō putamus obscurum esse,

EPIST. MARTINI BVGERI

quibus conueniat baptifmus, & qui baptizari poffint & debeant, Frater, quis neget, baptifmum hęc fignificare, cum Paulus id fcripferit: At exiftimo, dabis tu in uicem, eum demum peccato mortuū & nouæ uitæ compotē cenferi poffe, quē fufceperit Chriftus, ut peccatum in eo extinguat, & nouā, ac cœlestem uitam excitet, Iam non minus fufcipit innouandos infantes, q̄ adultos. Nos cum noffe certo non poffumus, nec debemus, quos ex utroq̄ genere refingendos fufcipiat, fequimur ut dictū, ea iudicia, q̄ in promiffiōibus Dñi, q̄s de utrifq̄ dedit, funt, idēq̄ pro ea cognitione, quā ipfe nobis concedit. Tu ex eo femper *παραλογίζεις*, q̄d hoīm profefionē, pro morte peccati, & uitæ nouitate ufurpas, cum illa neq̄ hęc fit, neq̄ his femper ad fit. Vnde hęc tua ratio eft *παραλογισμός παρά τὸ συνέβηκός*. Diximus, & iterum dicimus, mori peccato, fepeliri cū Ch̄o, & refurgere in uitæ nouitatē, opus Ch̄i eft, non n̄m. Et licet, ex hoc ſuo tempore nafcatur,

DE BAPTIS: PARVVLORVM

nos ista eligere, profiteri, pro uiribus
persequi, hæc ipsa tamen omnia, idem in
nobis Christus efficit, adeo totos unus
seruat, ac restituit Chrus, in nobis oia
præueniens, incipiens, atq; perficiens.

Haud itaque consequitur, quod hic
præterea inferens, Manifestum hinc esse,
tinctionem infantium, neque bonum,
neque malum scientium, & qui nedum
uixerint peccato, nedum mortui sint,
non esse Baptismum Christianum.
Vbique istuc tibi oculos præstringit,
quod nostri restitutionem, ac perditio-
nem, esse cum nostra scientia coniun-
ctam opinaris. Non est ita, mi frater.
Filij ire ac peccatores, nascimur, etiam
nichil huius adhuc intelligentes, ita per
Chrm restitui mur adulti q; ut omnẽ
huius in nobis cognitionẽ ipse anteuer-
tat. Quis enim dat ut uerbo Dei creda-
mus? imo quis initio nobis uerbũ mit-
tit? quis terrã cordis nr̃i huic percipien-
do preparat? quis cũ illud recepimus,
in fructũ multiplicat? Nũquid oia effi-
cit, præstatq; unus Christus?

EPIST. MARTINI BVCERI

Hosies Pe
de baptis/
sunt male
sentiant de
peccato ori
ginali.

Porro in eo nobis nimium displices,
quod ita loqui uideris, quasi uero non
agnosceres, nos omnes in mortē & pec
catum nasci. Ergo non uiuunt peccato
infantes, quia nec bonum, nec malum,
adhuc norunt. Nemo miser & perdi
tus, nisi qui id agnoscit. Quid queso in
nobis non est peccato perditum, simul
atq; esse incipimus. Certe in Adam o
mnes morimur. Iam quanta obsecro con
tumelia Christo est, negare illum resti
tuere ex peccato & morte, qui id nondū
sentiant, & profiteantur. Sic error er
rorem trahit, ita ulciscitur Dominus
Ecclesiae suae contemptum, & proprii
ingenij confidentiam.

Subijcis, Mergi utiq; possunt infan
tes, dici etiā potest, in nomen patris, &
filij, & spiritus sancti. Sed hoc nō est Ba
ptismus Christianus, Siquidem Chri
stianus Baptismus est, qui sentitur, &
in quo o *Beati* *Com* uos satanę & mūdo re
nunciat, fidem confitetur, & se prorsus
in Deum, in cuius nomen baptizatur,
resignat.

resignat, Recte tu quidem istuc. Si quidem Christianus baptismus est, in quo *ὁ βαπτισμός* quos Satanae & mundo renunciat, &c. si tantum adiecisses per se. In adultorū em̄ baptismate ista adesse debent, sicut in adultorū circūcisione aderant. Quia autem Deus etiam infantes regnare potest, & uult, baptismatē dedit, ut circuncisionem, symbolum regenerationis, certum est, ista, satanae & mūdo renunciare, fidemq̄ profiteri, per se Baptismati Christiano nō inesse. Possunt ergo infantes, Christi baptismate tingi, etiam si nihil huius ad huc facere queant.

Illud uero miror, quod concedis tamen, ut infantes tingamus, & in nomē patris, & filij, & spiritus sancti. Nūquid est aliud Baptismus Chri? Certe Matthei ultimo plura non legis. Scio, haud concedes nos debere illudere Deo. Iam cū tingimus infantes, & tingimus cum inuocatione nois Dei, ipsiq̄ eos sic consecramus, atq̄ in eius familiam co-

EPIST. MARTINI BVCERI

optamus, id si non impie facimus, ex Christo facimus, ipseque proinde nostros infantes, ita ut ipsi eos offerimus, uere renouandos suscipit, completque omnia quicquid est baptismatis sui. Dixit enim: Quorum remisseritis peccata, remittentur eis. Quicquid animarum nobis concedit, nostraque curae permittit, his per nos sui communionem impartire uoluit. Vide igitur ipse, cum permittis nos infantibus nostris ea omnia impendere, quibus Christus suum baptismum nobis definiuit & tradidit, nempe ut tingamus eos, & tingamus in nomen patris, & filii, & spiritus sancti. an non concedas simul, ut eos baptizemus? Etenim cum quae baptismatis sunt, infantibus largiris omnia, baptismum qui

Addis: Atque ad hunc modum (neges? Baptismum usurpasse Apostolos scripta illorum testantur, similiter & primitiuam Ecclesiam obseruasse, multis argumentis probabile fuerit. Primitiuam Ecclesiam pro indubitato habuisse, Apostolos tradidisse hoc, ut par-

DE BAPTIS. PARVVLORVM

uulos baptizemus, testantur Patres, quod ipse nosti. Agnouerunt baptismate regenerationem offerri, & hanc infantibus nostris quoque ut diuinitus promissam, ita per Ecclesiam exhiberi debere, & suo exhiberi sacramento. Apostoli & maiorū gentium Patres, baptizarunt adultos, fateor, ab his em ordiendū fuit, & tempore Patrū cum tantum ubiq; superesset gentiliū, nūq; defuerunt, qui uocati diuinitus, Christo Domino nomen dare uellent. Ergo solos tinxerūt adultos, & nullos infantes? Istucubi legis, uel de Aplis, uel Patribus? Diuersum certe in primitiua Ecclesia & hactenus obseruatū, idq; secundū Dei uerbū non ignoras testari cum sanctis martyribus ac confessoribus Christi, orthodoxos, Patres omnes. Cum ergo tunc colligis, Apostoli, & primitiua Ecclesia leguntur tinxisse, qui ipsi nomen Dei inuocabant, & Satanæ renunciabant, Ergo nullos baptizarunt, nisi qui ipsi inuocarunt no-

EPIST. MARTINI BV CERI

men Domini, & satanae renunciarunt, eoꝛꝫ a baptismo infantes reiecerunt, Paralogismus est, ab eo qd secundum quid est, ad id, qd est simpliciter. Quā uero urget D. Augustinus hac obseruatione Pelagianos, qui negabāt infantes peccato originali teneri, qui utiqꝫ, si non tota tum Ecclesia baptizandos infantes credidisset, quā facile dicere potuissent. Obijcis nobis abusum Baptismatis, non uerum usum. Sed hoc dicere non audebant, eoꝛꝫ ad id commenticonfugiebant, baptizari eos, non quidem ut originali peccato purgarentur, quod nō haberent, hic em̄ eorum error erat, sed ut nouae uitae participes fierēt.

Baptismus
pro mortuis.

Verum dicitis: Concedimus in primitiua Ecclesia circa baptismum plerosque abusus fuisse, ut ille quoꝫ erat, qd baptizabantur aliqui pro mortuis. Nō oportebat igitur illi distribuere, quod falsum esse nō potes dubitare, nempe primitiuam Ecclesiam ac Patres solos fidei professos, credidisse baptizandos
& ba

DE BAPTIS. PARVULORVM

& baptizare consueuisse. Deinde quē hic locus Pauli, Quid faciunt, qui baptizantur pro mortuis, sensum habet, ego non ausim pronūciare, quid em̄ isti tegerint, quorum Paulus hic iudicium pro stabilienda resurrectione adducit, quem nusq̄ uideo argumenta ab abusibus duxisse, aut errantiū præiudicio pro autoritate obiecisse, mihi nō liquet. D. Chrysofsto. memorato insano ritu Marcionitarū, interpretaſ istud, pro mortuis, pro mortuis corporibus, quod scilicet in baptisate inter cetera Chriane religionis dogmata, Ecclesia etiam resurrectionē mortuorum. i. corporum confitetur. Sed fuerit hic abusus, ut diuo Ambrosio uisum, abusum Patres agnouerūt, & damnarut, adeoque in usum Ecclesiæ nō uenit, adeo ut nesciamus quidnam fuerit, nisi forte hoc, quod Chrysofomus memorat de Marcionitis. At Pædobaptisma prædicant Ecclesiam accepisse ex traditione Apostolorū, ac semper, & uniuersam

EPIST. MARTINI BVCERI

retinuisse, nō aliquo duntaxat tēpore,
aut aliqui, qbus forsan error hic temere
irrepsisset, uniuersa, inquit, Aug. hoc
tenet Ecclesia, ut nullus Christianorū
dixerit infantes inaniter baptizari.

Sequitur in tua epistola; Præterea qd
peruersum & præposterū dicimus Pæ/
dobaptismum, ratio est, In baptismo,
qui baptizatur, debet per cognitionē
Iesu Christi, ab inquinamentis huius
mundi fugisse, quod utiq; nemo præsta
re potest, qui nō antea quid fugiendū,
quidue sequendum sit, fuerit edoctus.
Igitur præposterū esse dicimus, bapti/
zare, qui nondum sit catechisatus. Pri
mum esse debet, ut discamus uolunta/
tem Dei, deinde bonæ conscientiaē sti/
pulatione baptizari, & consecrari Deo
possumus. Atque hic debet ueri bapti/
smi esse usus, qui pædobaptismo peni/
tus obscuratus, & sepultus est. Hæc
tua, Vt hæres in eodem luto, ut perpe
tuo accipis, quod probandū erat. Quin
ædis scripturam, quod omnis qui ba/
ptizatur

DE BAPTIS. PARVULORVM

ptizatur, debeat per cognitionem Domini Iesu ab inquinamētis huius mūdi tum fugisse. Aut qđ istis nemo queat per Dominum nostrum Iesum eripi nisi sciat iam, quid fugiendum, quid uē sequendū. Vt excidis frater ab adoratione Christi unici nostri seruatoris, ad admirationem nostrorū operum. Concludis: Igitur præposterū esse dicimus baptizare, qui nondū sit catechizatus. Quid est charissime frater *παραλογίζεαι παρὰ τὸ ἐμὰ χεῖρ λαμβάνειν*, si hoc non est: Obsecro sustine Deo hanc gloriam dare, ut sit etiam seminis nostri seruator. In siti sumus oleę, ex oleastro, eiusdē pinguedinis facti participes. Vnde Dñs sicut ueteribus, ita & nobis, hoc præstat, ut cū noster, tum nostrorū Deus, i. seruator esse dignetur. Reuelet tibi Deus hoc mysterium, quod in alijs generationibus, nō est filijs hominum ita proditum, ut nunc est reuelatū sanctis Apostolis domini et prophetis per spiritū, esse *τὰ ἔθνη συγληρόνομα, καὶ σὺσ*

EPIST. MARTINI BVCERI

σωμα, καὶ συμμετοχα promissionis eius
 in Christo per Euangeliū. Tum eti-
 am in hac promissione, Ero Deus tu-
 us, uitæ æternæ participationē ac ideo
 ueram in Christo communionem, per
 Ecclesiam palàm exhibendam, conti-
 neri. Ista si noueris, nunquam dices, ne
 minem baptizari debere, qui nō sit an-
 tea ab homine Dei uoluntatem doctus.
 Nec id quod in baptisinate adultorum
 recte obseruatur, in uniuersum bapti-
 smati proprium facies, inferēs ab eo qđ
 est, πῆ, καὶ μὴ ἀπλῶς, τὸ ἀπλῶς.

Reddit uero admodum sollicitū me,
 mi frater, cum hic locus epistolæ tuæ,
 tum quædam superius per te adducta.
 Facis baptisina eorum qui ab inquina-
 mentis mundi iam fugerunt, peccatis
 penitus mortui sunt, uiuunt iustitiæ.
 Nam rem baptisimi uis præsentem, &
 plenam adesse. Si ista, ita ut D. Pau-
 lus, loqueris, respiciens ad Christum,
 in quo iam ista perfecta nobis sunt, ei
 dum insiti sumus, etiamsi in nobis ad
 huc

DE BAPTIS. PARVVLORVM

huc caro aduersus spiritū pugnet, bene
 habet, sicq; libenter tua interpretaue-
 ro. Verum cum cogito in quos incide-
 rint errores, qui initio infantium bap-
 tisma conuellere annisi sunt, quædā sub-
 it animū meum de te anxietas. Ex il-
 lis sane minime pauci huc furoris eru-
 perunt, ut dicerent se esse absq; omni pec-
 cato, & illud: Remitte nobis debita no-
 stra, in oratione Dominica ad se non
 pertinere, hanc præcandi formā præ-
 scriptam Apostolis, nondum spiritu
 sancto perfectis, se consepultos Chri-
 sto per baptismā in mortē, iam qui mor-
 tuus est, eum esse à peccato uiuificatū,
 natum ex Deo, eoque peccare non posse,
 crucifixisse carnem suam cum morbis
 & concupiscentijs. Neq; enim intel-
 ligere sustinent, ista in uno Christo,
 cui insiti & incorporati sumus, re ipsa
 completa esse, & nobis ex diuina be-
 neuolentiā imputari, donec & in no-
 bis compleantur. Quod tum fit, cū cor-
 ruptibile hoc nostrum corpus induerit

Primi ho-
 stes Pædo-
 baptismi, di-
 xerunt se
 absque pec-
 cato esse.

EPIST. MARTINI BVCERI

incorruptibilitatem, interea spū Christi ad iustitiam sic agimur, ut peccatis nos adhaerere, & pleno animo peccare non possimus, obstante semine Dei quod in nobis est i. Ioan. iij. Sed qui peccati penitus purus sit, & in peccatum nunquam labatur, in hac uita nemo est.

Frater, Iustitia Christi uiget in Ecclesia, ab hac qui se subducunt, suam statuere solent, inde fit ut Christum ipsum damnent, quod peccatores suscipiat, ipsi iusti, sicut gloriantur se non esse ut reliqui homines, ita Christo non habent opus, nec se unquam ei ut morbidi medico permittunt. Istud mali, si iam non totum tenet, plurimum tamen infestat eum, quo praecipue ualde timemus, hic tuam in fide Christi sinceritatem, istud fermenti admisisse. Frater ne putas te unquam satis expensurum, satis crediturum, certum istum sermonem, & dignum quem modis omnibus amplectamur, quod Christus Iesus uenit in mundum, ut peccatores saluos faceret.

Post

DE BAPTIS. PARVVLORVM

Post hæc ita scribis, Postremo quod pædobaptismũ seminarium desolationis, ac defectiõis Ecclesiæ iudicamus, hæc ratio est. Verum Baptisma ueluti ostium fuit Ecclesiæ, quod etiam ueteres testantur: inter quos est Basilius, Angelomus, & Beda, &c. Nimirum neminem receperunt Apostoli, & ueteres in Ecclesiam, nisi per Baptismũ, hoc est, nisi qui sanam fidem confiteretur in Baptismo, diabolo, mundo, & pompis eius renunciaret. Atq; ita purificatus, sancto cœtui aggregaretur, unde etiam postea si nõ perseueraret in sancto præcepto, ut Petrus dicit, commode excommunicari potuit, quia datam in baptismo fidem non liberasset, atq; ita non intrabat in Ecclesiam, neq; recipiebatur, nisi quisque suo periculo. Porro postquam ita promiscue recepti sunt in Ecclesiam infantes, qui nihil scirent, factum est ut Baptismus ludibriũ factus sit, et perierit scientia Dei de terra, ut iam uix uestigium pure Ecclesiæ

in terra appareat, Hæc tua, Hic te ualde oromi frater, cogites, à quonam sit nostri iustificatio & sanctificatio. Nunquid à Christo? Deinde cum Ecclesia ab Apostolis usq; baptizari infantem, dices in hac usq; regnasse impietatem, & nullam unquam fuisse Ecclesiam? Scribis ueteribus Baptismū fuisse ceu ostium Ecclesiæ, Id adhuc est. At nos, ut Deus suo populo, hoc est, nobis, in Abraham promisit, & in Christo confirmauit, agnoscimus ad Ecclesiā sanctorum pertinere & infantem nostrum. Talium est regnum Dei, inquit rex huius regni Christus, inq; huius testimonium oblatos infantem benedixit, & id cum singularis beneuolentię signo, acceptos in uulnas. Non igitur exclusis his, tantū horum abnegatione sui ipsorum similes, sed cum his, eos duntaxat adultos, qui hac ratione infantibus similes essent, ad regnū Dei pertinere pronunciauit.

Proinde si uerum est quod scribis,
postquā

DE BAPTIS. PARVVLORVM

postquã ita promiscue recepti sunt in Ecclesiam infantes, qui nihil scirent, factum esse, ut Baptismus ludibriũ factus sit, & perierit scientia Dei de terra, ut iam uix uestigium puræ Ecclesie in terra appareat, certe Dominus noster Iesus Christus huius tantĩ mali autor est, Apostoli, & omnis reliqua Ecclesia exceptũ hoc ab ipso malum, per reliquas atates prouexerunt. Nam promiscue infantes in regnũ Dei ipse Dominus suscepit, Apostoli in nomẽ eius tinxerunt, & tingere docuerunt, idẽ deinde ad hoc usque tempus Ecclesia obseruat. Vide quo ruas?

Sed te per Christum oro, dic quidnã omnino in baptisate paruulorum inest, qd uel tantillum ad hoc facere queat, ut Baptismus sit factus ludibriũ, ut scientia Dei perierit de terra, nullum supersit uestigium puræ Ecclesiæ: Baptisate confertur communio Christi infantibus, est id ne tantorum malorũ causa: Cur ergo Christus eandem in-

EPIST. MARTINI BVCERI

fantibus contulit imponendo manus?
 Cur non etiam fecit circumcisionē ludi-
 brium, & tum quoq; scientiā Dei abo-
 leuit è terra, Ecclesiam disperdidit, qđ
 circumcidebantur infantes? Cur nō &
 Eucharistiā maiores gentiū Christia-
 ni ludibrium fecerunt, qui hanc quoq;
 infantibus exhibuerunt, ut legis apud
 Cyprianū, & Augustinum? Deinde
 quid illud adeo inculcas, qui nihil sci-
 unt? Nostra ne nos scientia seruat, an
 unius Christi?

Sed uidetur tibi si purificati tantum
 Ecclesie aggregarentur, & quisq; suo
 periculo Ecclesiam intraret, possent com-
 mode excōmunicari, qui in sancto pre-
 cepto non præsauerent, eo quod datā
 Ecclesie fidem in profitendo & renun-
 ciando mundo & diabolo, non libera-
 rent. Obsecro te, primum considera
 quid tibi uelis, per hoc quod scribis Ba-
 ptismate ante purificatos sancto cœ-
 tui, olim aggregari solitos. Quid dice-
 bat igitur Ananias Paulo, Surge fra-
 ter &

Purificati
 di non pu-
 rificati, ba-
 ptizari de-
 bent.

DE BAPTIS: PARVVLORVM

ter & ablue peccata tua? Quid Paulus,
 quod Dominus Ecclesiam mundat la-
 uacro aquæ per uerbum? Item, quod
 saluos nos faciat per lauacrum regene-
 rationis? Frater, à Paulo, & reliquis ca-
 nonicis scriptoribus, non ab istis *àv̄sodte*
dicentis, & planè hæreticis, quali hic ue-
 remur preceptore usum te, discere de-
 bebas, ad quid sint nobis sacramenta in-
 stituta, Christum nobis, ut omne Euā-
 gelium, exhibent, huius cōmunio Ba-
 ptismate confertur, ut is nos suscipiat,
 non antea purificatos, sed suo spiritu
 purificandos, id est per omnē uitam no-
 stram. Lauacrum est regenerationis
 & innouationis spiritus, cum ergo ni-
 hil amplius supererit in nobis uetusta-
 tis, nihil carnis, tum demum perfe-
 ctum in nobis erit id, quod donatum
 est in Baptismate.

Iam quid quaeso ex cōmunicationem
 impedit, quod infantibus Christi com-
 munionē ut ipse uoluit impartimus?
 Scilicet quia hanc nō sua spōte illi reci-

uit

E illi

EPIST. MARTINI BVCERI

Recommu-
nicatio, p̄
dohapti/
smate non
impeditur.

piunt, nō possunt ea damnari cum adul-
ti iam id merentur, & hanc ultro reſci-
unt: uel putas iniuriam eis fieri, quod
Christo consecrantur, anteq̄ ipsi apud
se statuere possunt, Christo an diabolo
uelint uiuere? Ita profecto uos subinde
loquimini, ac si uero nostrum sit, Chri-
sto nos adiicere si libeat, si minus, dia-
bolo, & non simus Christi quanti sum-
mus, quia per eum facti sumus. Filiū nō
est deliberare an patri suo uelit se mori-
gerum præbere, uel minus, seruulo nō
datur electio, ut Domino suo sit dicto
audiens, uel alij, & nobis scilicet consti-
tuendum est, an uelimus nos addicere
Deo, qui nos finxit, uel diabolo ficto-
ris nostri aduersario?

Sed potest perfidiæ argui is, qui ipse
fidem professus est, at munpo & Sata-
næ renūciauit. Potest. At quid iam ex
hoc amplius apud eum efficias, si is nō
sit natus ex Deo, si Ch̄i spiritu careat?
Non potest autem etiam uerna perfid-
iæ argui, si Domini suum fugiat, aut
sitet

DE BAPTIS. PARVVLORVM

fit ei parum dicto audiens, etiam si ipse se in seruitutē Domino illi nō addixerit suo arbitratu, sed sit eius natus? Da pectus renatum, aures audiendi, hoc plus apud peccantem effeceris, qđ illū monere potes, hoc ei diuinitus conigisse, ut natus ex sanctis, Christo sit oblatu, antequam hoc posset sentire. Sin hoc pectus, & hæ aures defuerunt, quicquid pollicitus sit, manebit quod est, mancipiū, & filius Satanæ, exprobes quæ uelis, & obiurges quibuscunque libet.

Vis scire frater, quid fecerit, Baptisma multis haberi ludibrium, quid scientiam Dei in terra imminuerit, Ecclesiam conspurcarit? Contemptus uerbi Dei, humanorum commentorum præpostera admiratio, præbyterorum, Ecclesiarum, frigus, & peruersitas, hæc uerout Dei scientiam, ita etiam sacramentorū uerum usum, Ecclesiæq; sinceritatem imminuerunt, nō tamen sustulerunt penitus. Gratia Domino.

Quid Ecclesiam, & sacramentum conspurcatis

EPIST. MARTINI BVČERI.

Prædicemus nos Christum pure & di-
gno zelo, ueracq; spūs prudentia, in lo-
co oēs moneamus, qui Ecclesiā audire
non sustinent excōmunicemus, nō te-
mere tamē quēq; reiiciamus, totoq; pe-
ctore ad promouendā Ecclesiæ unita-
tem incumbamus, summopere cauē-
tes nobis, à malo hæreseos, & fratrū fa-
stidio, quo olim, & nunc Ecclesia mise-
rè discerpitur, & uidebimus sciētia Dei
inundari terrā uelut mari, sacramenta
suo numero haberi, Eccl'ie puritatē eni-
tere, uereq; regnū Christi amplificari.

Nemo Ec-
clesiam ma-
gis coura-
minat, quā
qui hoc fie-
ri dicit, Pæ-
do bapti-
smo.

Querunt hodie multi Ecclesiā inqui-
nari, & uastari, eo quod p̄miscue oēs
infantes tingimus, hi p̄fecto haud ali-
ud faciunt, q̄ si quis domū suam ipse ac-
cendat, & postea quærat illam non ex-
tructā ex materia incōbustibili. Chri-
sti unius est, sanctos dare homines,
huic infantes offerimus, ita ut ipse di-
sertè præcepit. Id scilicet inquinat Ec-
clesiam, abolet e terra scientiam Dei.
Quod aut nobis tantopere placemus,
tam

tam p̄clara opera Dei in fratrib. cōtem-
nimus, q̄d à cōmunionē eccl̄ie nos sub-
ducimus, imo nullā uspiam Eccl̄iam
agnoscimus, q̄d q̄tidie nouamus, q̄d ni-
hil nisi n̄ra nobis arridēt, id porro edifi-
cat Eccl̄iam. O iudiciū p̄posterū, o ni-
mis crassum *παραλόγισμός πὰρὰ τὸ μὴ αἶν*

Iterum permittis tibi scribere. (τιοῦ.
Neminē receperūt Apl̄i, & ueteres in
Ecclesiam nisi per Baptismū, hoc est,
nisi qui suam fidem confiteretur in Ba-
ptismo, diabolo, mūdo, & pompis eius
renunciaret. Apostoli & ueteres nemi-
nem quidē nisi per baptisma receperūt
in Ecclesiam, at Baptisma nemini ab
illis collatum esse, nisi sanam doctrinā
confiteretur, mundo, diabolo & pōpis
eius renūciaret, hoc uero tu ipse falsum
essenosti, Quid igit̄ id toties repetis?
Oro te isthuc amplius ne facias, nosti
em̄ oēm Eccl̄iam ab Apl̄is usq̄ indubi-
tatū habuisse, cum in Christū grauiter
peccare, qui à baptisate infantes reie-
cisset, Statis temporibus ueteres bap̄ti

EPIST. MARTINI BV CERI

smum administrabāt, aderant semper
 adulti, qui ex Gentibus Ecclesie accede-
 bant, ad hos cum sermo haberet, quid
 mirū, si in eo ad rationē, qua illi bap-
 tizari debebant, omnia Patres attempera-
 rēt. Sic est Basilij oratio, quā adducis,
 & aliorum Patrū omnium, in quibus de
 uera baptizandorum fide, de professio-
 nis illorum & renunciationis certitu-
 dine, aut etiam præcedenti catechismo
 uerba faciūt. Ex his autem cum simul
 fateantur Apostolos ipsos, Ecclesie tra-
 didisse, infantes quoq; in Christum ba-
 ptizandos, quis colligat illos iudicas-
 se, solos confitētes, & renunciantes tū-
 gi debere, nisi qui sit impudētissimus?
 Sic uero cum res habeat, frater, quid il-
 los toties pro te adducis?

Bedæ mentionem facis, mirum autē
 si nō legeris quid ille in hunc locū Mar-
 ci scripserit. Et ait illi propter hunc ser-
 monem uade; exijt dæmonium d e filia
 tua. Propter humilem, inquit, matris fi-
 delemq; sermonem filiam deseruit dæ-
 moniū

DE BAPTIS. PARVVLORVM

monium. Vbi datur exemplū catechizandi & baptizandi infantes, quia uidelicet per fidem & confessionē parentum in baptismo liberantur à diabolo paruuli, qui necdum per se sapere, uel aliquid agere boni possunt, aut mali. Hæc ille. In his uero nemo putet hunc uirum Dei salutem liberorum merito adscripsisse parentum, nam nec matris suæ merito hæc, de qua Euāgelista hic memorat, filia, liberata fuit à dæmonio. Deus promisit sanctis suis, Ero & seminis uestri Deus, benefaciam uobis in mille generationes, his qui diligunt me. Huic promissioni cum fidē habent parentes, Deus facit eis, ut credūt, utq; promisit. Ita salutē accipiūt liberi, nō quidē nisi dono Dei, uno Chri merito & opere, sed quæ omnia fidei donentur parentum. Et si parentes nihil credāt, sint hypocritæ, credit Ecclesia, cuius liberi pleniore iure sunt, q̄ parentū. Angelomū nō legi, sed qd uniuersa credit Ecclesia, & semper, atq; ubiq; terra

EPIST: MARTINI BUCERI

rum, nemine unquam id non probante, obseruauit, equidem non dubito & hunc credidisse, atque obseruasse. Tu nunc uide, quàm agas synceriter in causa Dei. Patres cum laudas, simpliciores putanteos à te stare, & tu nostri diuersum uerum esse. Non sic, non sic, frater agūt, q̄ habent causam bonā. Subijcis. Hęc mi Bucere, pauca de multis, & candide, & diserte rescribere tibi uolui, non solum ut nostram sententiam scires, etiam ut cum tuis diligenter excuteres, & iudicares. Possē utiq; locupletius tractasse, sed apud te nō arbitrabar esse opus, maxime cum breui nostrā, de utroq; sacramento confessione, nondum elaboratam, ad uos simus missuri. Rogo te mi Bucere, ut pro gratia quæ data est tibi, omnia ad amissim scripturæ, & analogiam fidei in hac causa diligenter excutias. Pauca tua sunt si numeres, sed dispe-
ream si quicquā possis adducere, quod in his quæ hic obiecisti, non contineatur.

DE BAPTIS. PARVVLORVM

tur. Tritus sum in hac dimicatione, noui arma uestra. Hæc sunt: Deest mandatum Christi, Is iussit docere, & baptizare; Qui crediderit, & baptizatus fuerit, hunc saluum fore pronunciauit. Apłi, & maiorũ Gentiũ Patres baptizarunt credentes, fidemq; professos. Baptismus est eorum, qui nouitatem uitæ amplexi sunt. Ecclesia confunditur, & inquinatur hæc dis. Iam ostendi satis cõfirmate opinor, nobis esse mandatũ Christi, de baptizandis paruulis. Illa uero quæ legimus Matth. & Mar. ulti, adeo nõ excludere infantes à Baptismo, ut hoc ipso iussu Dñi, irrefragabiliter euincat, eos baptizandos esse. Nam cũ in fœdus suũ quicũq; predicatũ Euangelion recepissent, admittere iussit, eo ipso & infantes eorum huius participes fecit, ita ut fœderis huius rationem omnis nobis scriptura exponit. Tum quæ scriptura Baptismo tribuit, omnia in infantibus quoq; nostris locũ habere, Idq; quod Apostoli, & prisci

EPIST. MARTINI BVGERI

sancti, adultos baptizarunt, haudqua-
quã euincere, nullos eos baptizasse in-
fantes, aut non baptizandos censuisse.
Ecclesiam deniq; inquinari non posse,
dum in eam recipiuntur, quos Domi-
nus ipse recipere iussit. Ad hæc extare
testes idoneos ac locupletes, ab Apo-
stolis Ecclesiam hanc obseruationem
accepisse, semperq; hactenus religiose,
& salubriter obseruasse.

Vnus superest locus D. Petri, quem
obijcere soletis. Quod & nos antity-
pon, seruat, baptisma, nō carnis depo-
sitiio sordium, sed conscientiaē bonæ in-
terrogatio erga Deum. Hinc colligi-
tis interrogationem bonæ conscientiaē,
in qua & responsio & professio intelli-
gatur, non esse infantium, ergo nec ba-
ptisma. Supra aut̃ diximus, Ap̃los, &
Patres quando de Baptismate uerba fe-
cerunt, ubiq; ad adultos, quæ in adulto-
rum Baptismate gerebant̃ & expone-
bantur, libenter memorasse. Ex his em̃
clarior & efficacior duci cum doctrina,
tum ad

1. Petri 3.

DE BAPTIS. PARVVLORVM

tum admonitio potuit. Nam in adulto
 rum baptisinate maiore omnia solenni
 tate gerebatur, & plenius totum hoc my
 sterium explicabatur. Cum itaque D. Pe
 trus scriberet ad eos, qui omnes in adul
 taetate baptisma recepissent, coeperat
 enim tum primum homines Christo baptisinate
 initiari, quod convenisset, non hac ratione Ba
 ptismi meminisse, quam illi, quibuscumque age
 bat, baptizati erant. Hinc autem qui conse
 quitur, non esse Christi baptisma, ubi
 baptizatur, non interrogatur, & ipse re
 spondet. Aut, Apostolos, eos solos qui pos
 sent interrogari, & respondere, ac ideo
 nullos infantes, tinxisse. Et hic ergo,
 ut alibi, ab eo quod secundum quid est, in
 fertis id, quod simpliciter est. Nec ullum
 a quoquam uestrum argumentum unquam uel
 audiui, uel legi, quo non admodum mani
 feste & crasse paralogizetis. Crede si
 quidem mihi frater, quod petis ut tua ex
 cutiam, feci pridem, & nunc iterum, & fe
 ci perquam diligenter: nec tua solum, sed
 & quae alij toto hoc octennio excogita

EPIST. MARTINI BVCERI.

runt, quæ is à quo te cum hic esses ueremur seductū, summo studio congerit & inculcat, eadem identidem recinens, & uerbis quibus potes mutans. Ea em̄ est mendacijs natura, ut dum nihil habet, in quo uere consistat, nusquā nō tentet pedem figere. Tu mi frater, nostra quoq; excutere digneris, sicq; suspectum tibi, quod hic ab om̄ibus sanctis dissentis, idq; adeo friuolis inductus commenticulis, planeq; puerilibus paralogismis, & sentis cum infelici omnium hæreticorum huius tempestatis colluue. Qui cum sint infinitis erroribus conscissi & dissipati, in eo tamen omnes conspirant, ut damnato Baptismate puerorum, primum infantes Christo subducāt, mox etiam adultos, imo adultos primū. Nam Ecclesie illos eripiūt, & i opera sua fidere docēt, si recte illorū dogmata excutias. Inde pctm̄ originale negant, nostrarū uiriū faciunt, oblatam Christi gratiā amplecti, nosq; si denuo tincti annitāmur, eo perue-

DE BAPTIS. PARVVLORVM

peruenire confirmant, ut nihil amplius peccemus, ita ut ipsi se in nulla omnino peccata incidere iactitant. Sed quid est impietatis, q̄ Satan Ecclesiam unq̄ infestauit, q̄d isti nō reuocent, & augeant? Hi Christum Deū, alij hoīem, ex D. uirgine nostra carne assumpta, negant. Iudicium futurum, alij penitus tollunt, alij sic mitigant, ut tandem omnes felicitatem consequuturos affirmant. Sūt qui nullam uspiam Ecclesiā agnoscat, nullos in Domino fratres, dumq̄ futuram Ecclesiam expectant, & expectare docent, se, & alios ab Ecclesiae cōmunionē subducūt. Sunt cōtra qui omēs Iudeos, Turcas, & quicquid mortaliū est, fratres, & in Christo haberi uelint. Hi magistratus in Ecclesiam recipi posse negant, alij nullos alios Ecclesie Episcopos agnoscūt. Nec desunt q̄ rescindāt cōnubia, ubi nō est cōsensus furoris, q̄ q̄cumq̄ caro fertur, id licere iactitent, qui cædes ex paterna uoluntate, ut aiunt, admittere sibi permittant. Sed quid? in-

In que pro
lapi sūt,
qui pater
baptismum
impugnāt.

EPIST. MARTINI BVCERI

finita sunt ista portenta, & quotidie no-
 ua erumpunt. Non tenentur quidem sin-
 guli omnibus, dixi enim scissos inter se
 & summe pugnantes. At hæc omnia ñ no-
 bis proferunt, qui damnant Baptismum
 paruulorū, huiusq; causa, primū Eccle-
 siæ ualedixerunt. Et in eo omnes conspi-
 rant, ut quicquid est sanæ doctrinæ, id
 importunissime infament, conspuant,
 & concylcent, eiusq; ministros por-
 tentosis mendacijs & calūnijs proscin-
 dāt, & inuisos omnibus faciant. Proinde
 cū uideas quo miseris Satan præcipita-
 rit, qui obseruationē hanc ante te cōuel-
 lere conati sunt, profecto causæ pluri-
 mum habes, ut attentissime hac in re ti-
 bi caueas. Proinde te per D. nostrū Ie-
 sum Christū obtestor, antequā ullā ue-
 stram confessionē ædas, expendas oīa
 quam religiosissime. Occurrat & illud
 tibi, An à uobis sermo Dei profectus
 est, an in uos solos incidit: i. Cor. xiiij.
 Sequitur; Memini me olim in scriptis
 tuis legere, te nondū inuenire rationē
 institui

DE BAPTIS: PARVVLORVM

instituentē Ecclesie, opinor si pedoba-
 ptismi rationem diligenter subducas,
 te inuenturū quid impediāt. Equidem,
 mi frater, multa uideo incōmoda pedo-
 baptismi, quæ in cōfessione nostra aper-
 riemus. Fateor dum ex tanto dissidio
 in causa religionis, initio multę optime
 mentes perplexę tenerentur, Et nobis
 se adiungerent, q̄s nihil, quā uel iugī
 papistici molestia, uel studiū nouādi,
 permouebat, cumq̄ tantopere à papi-
 sticis Episcopis Euāgelio resisteretur,
 dispicere non potui, quo pacto Ecclesia
 restitui, & sancta rite interpolari & cō-
 munio, & disciplina posset. Quā adhuc
 hæretici sic remorant, ut ne hodie hac
 in re uoti compos factus sim. Et si Dñs
 pridem dederit rationē, si obedientia
 Euangelij satis obtineret, qua Ecclesie
 politia haud infeliciter instaurari pos-
 set. Hanc nimirū, quam attigi, si fidem
 in Christū nos, qui uerbi administri su-
 mus, pure & ardentem prædicarem, &
 missis om̄ibus, quæ ad rem non perti-

EPIST. MARTINI BVCERI

Qua ratio
ne possit eō
dicitur Ecce
lia.

nent, ex selectioribus sanctis constitui
curaremus presbyteros, qui nobiscum
Ecclesiae gubernationi operam suam im
penderent, & quicquid ad sanctam pæda
gogiam censuramq; pertinet, una insti
tuerent, & administrarent, fraternam ad
monitionem nunquam non urgeremus, ca
techismos puerorum, & omnium rudiorum
summo studio adhiberemus. Denique,
si tanti referre putamus professionem
publicam, reuocarem us ueterem illum ritum,
de quo legis apud D. Hierony. contra
Luciferianos, ut singuli coram Episco
pis, postquam adoleuissent, & fidem satis
edocti essent, profiterentur, & impositis
manibus ab Episcopo, quasi confirma
retur. His si bona fide incumberemus,
non dubitarem, haud poenitentiam fore
apud nos rempub. Christi. Abolitionem
pædobaptismi, non tantum huc nihil pro
futuram, sed summe obfuturam, certus
sum in Domino, mi frater. Non potest siqui
dem hæc non esse contra Christum com
munem nostrum & nostrorum seruatorem.

Rogas

DE BAPTIS: PARVVLORVM

Rogas iterum ne precipitem iudici-
um, ne uisnam ullum affectū domina-
ri. Vere mi frater, si uspiam alibi, hic iu-
diciū nō præcipitavi, nec concessi af-
fectibus, adeo profecto ut me Dei of-
fensam incurrisse satis sciã, nimia hac
in re sœcordia, & erga uere hæreticos,
quia ingentem Dei zelum præ se fere-
bant, misericordia. Sed te inuicem ob-
testor, quod me mones, te ipsum mo-
nere nunquam desistas, qui ut iterum
dicam, grauissimis Ecclesiæ hostibus,
in hac causa te, contra uniuersam Dei
Ecclesiã, ab Abraham usq; magno illo
credentium patre, adiungis, idq; argu-
mētis tam nihili, euentu tam infausto.

Pellificem illum Hoffmã, hæreti-
cum & sane pestilentem, ualde uellem
& illic, & ubiq; ignotū. Non ut ueteres
illi hæretici cœleste aliqd corpus Chri-
sto affingit, sed ipsum uerbum Dei, in
sua natura factū hominem, nihil ex Di-
ua uirgine assumpto, contendit, sicq;
nec deum uerum, nec hoïem esse relin-

Hoffmanni
cuiusdã pel-
lificis furor

EPIST. MARTINI BVCERI

quit, Si em̄ uerbū in sua natura aliud factum est, quā erat, mutātū est, & deus non est, Si ex D. uirgine nihil assumptit, nō poterit esse fructus uētris eius, eorū nec lumborū Dauidis, aut semen Abrahamæ, nō igitur is homo, per quem Deus salutē nobis promisit. Si non hic homo, nec alius. Nā de alio & nouo, q non sit ex semine Abrahamę, nulla extat pmissio. Ita cum naturā Dei, fecit mortis capacem, quē nobis relinqt Deū.

Deinde dogmatizat, oblatu Euangeliū hoīes redimī à Christo, eorūq; oēs. Nam Euangeliū tandem omnibus semel offerri, ut uero hi illud recipiant, alij minus, liberi arbitrij esse. An non tollit hic cum electione, semel totū redemptionis nostræ opus? Addit ijs, q postquā ueritatem receperūt, scienter peccant, nullam superesse spem ueniæ. Deniq; damnans dirissime pædobaptismū, etiam aduultorū baptisma suspendit ad trienniū, ita & Christū ipsum, & omne id propter qd nobis Christus uenit,

nit, homo factus, nostræ salutis dispensationem, perniciosissimus hæreticus funditus tollit. Et ne hoïes hoc doceri, & eius detegi tam pestilentes blasphemix facile queant, quotq̃t hodie Euangelium annunciant, Satanæ ministros facit, & tam inauditis, tamq̃ dire accumulatis conuicijs obruit, ut dicas eum ipsis furijs aliquã diu operã dedisse. Sumit sibi q̃q̃ uim diuinandi, multaq̃ horrenda & seditiosa prædicat, sed in quibus sæpe iam falsus deprehensus est. Est uero tam impudens hic & perturbata rationis, ut Senatu in fõ nõ liqueat, prudens uel imprudens furat.

Hæc omnia ex libris miseri hoïis ipse legere potes. Nam non solum hos tibi adesse, illius discipuli gloriant, sed etiam, qd Christus auertat, probari, teq̃ palam ipsorũ dogmata iam illic profiteri. Aliam mentẽ tibi esse tuæ præ se ferunt literæ, quibus credere malo. Nam & de nobis scimus, quàm gloriati sint illic, quasi ipsorum blasphemias rece/

EPIST. MARTINI BVCHERI

piffemus. Non potest aliud, qui est pa-
 ter mendacij. Terruit tamen me quod
 scribis, te hanc quaestionem nondum
 audere attingere, & Hilarium in hac
 laborasse, te ista excussurum. Mi fra-
 ter, nondum constat tibi, Dominum Ie-
 sum pro te carnem factum, id est ex diua
 uirgine Maria? Solet ne ludere nobis
 cum Deus in scripturis suis? Quid
 quæso est, esse fructum uentris, fructum
 lumborum, nasci, & nasci ex uera ma-
 tre, & Dñi genealogiam non ad Abra-
 ham tantum, sed Adam usque perdu-
 ci? Nam Ioseph non fuisse patrem eius,
 scriptura diserte fatetur. Hilariū uero
 tu ais hic laborasse. Bone deus, quàm
 necesse est orare nos, Ne inducas nos
 in tentationem. Tam diserte, tam cla-
 re, tam expresse hic sanctus uir, nullis
 nō locis, Dñm nostrum carnem suam
 ex diua uirgine assumpsisse confite-
 tur.

Sub finem scribis, quod nos non pa-
 rum recreauit, uos nondū docere con-
 tra Baptismum paruulorum, nec eum
 abroga

DE BAPTIS PARVVLORVM

abrogaturos, nisi audito antea Ecclesiarum iudicio. Id facias, te per Dominum nostrum Iesum Christum, per sanctam eius Ecclesiam, per omnia quae tibi merito chara esse debent, oro, obsecro, obtestor. Sponsa Christi est Ecclesia, cui ministrandum est religione summa. Vae illi, qui hanc temerare ausit.

Postremo hortaris, ut etiam si in uno & altero dogmate dissentiamus, uinculum charitatis ne rupamus, sed iunctis operis, ueritatem quisque pro se erua-
mus, & Ecclesiam in suum locum, in solidum ueritatis fundamentum restituamus. Hoc ultimum dum spectaueris & secutus fueris, mi frater, ut Ecclesiam, quae aliud fundamentum habere non potest, quam Christum, ex hoc fundamento instaures, non conuellas, Dominum nostrum Iesum Christum unicum nostrum seruatorem praedicaue-
ris, nec ullis, qui hunc pariter confitentur, sanctam societatem renunciaue-
ris, me fratre uteris, ea tibi charitate

EPIST. MARTINI BVCERI

inſcripto & addiſcripto, ut te mihi iungi addi-
 ciſque uelim. Sed mi frater uideo te nunc
 profecto grauiter tentari, huius te mo-
 neri à me oro fraterne feras, proinde
 da hoc Chřo Dño, da ſanctæ eius ſpon-
 ſæ Eccleſiæ, da id Euangelio Chriſti,
 ne quid noues temere, ne putes te unũ
 ex ijs, quibus Dñs publicum in Eccle-
 ſia munus nunc dedit, uidere tantam
 in pędobaptiſmate abominationem, in
 quo tota Eccleſia ab initio uidere ſibi ui-
 ſa eſt ſanctificationem Chriſti. Fuit ex
 noſtro ordine Vualtshudj, qui idem
 quod tu ſentiebat, docere cœpit, & per-
 didit Eccleſiam ſuam, ut nũc priſtina
 obtineant oĩa. Kutzius quidã iuuenis,
 qui literas deguſtauit, & haud male-
 uoli animi habebatur Vuormacię ten-
 tauit idem, in ipſo autẽ conatu fractus
 eſt, & eo pacto diueſtam urbem puriore
 uerbi Dei prædicatione ſua impia au-
 dacia ſpoliauit. Poſtea ægre unus ad-
 miſſus eſt, qui Chriſtũ ibi ſyncere ad-
 nunciat, cum antea ni fallor, quatuor
 fue

DE BAPTIS. PARVVLORVM

fuerint, & iusta omniū Christi admini-
 stratio, cum nunc Papistæ omnes paro-
 chias recuperarint. Parieuētutentata
 hæeres est, & in Silesia ac Morauia, ibi
 non una tantum Ecclesia propter Pæ-
 dobaptismū miserè perturbata, & ido-
 neis ministris spoliata est. Aedifice-
 mus frater, ne destruamus. Discamus
 tandem, quæ sint cogitationes Satane.
 Non imponāt tibi uel aliorū, uel eius,
 quem forsan hic magistrū habuisti, ma-
 gnifica uerba. Transfigurat se Satan
 in angelū lucis. Opus Christi destrue-
 re non leue negocium, artem id & co-
 natus requirit non uulgares. Sed po-
 tuit Satan olim suos Ap̄os sic instrue-
 re, ut Christi Apostolis, & ipso Paulo
 sanctiores haberentur, & longe præfer-
 rentur, potest idem hodie. Atqui istos
 hypocritas, si tantum ad regulam cha-
 ritatis, eam quam habemus i. Cor. xiiij.
 adhibeas, nullo negocio deprehendas.
 Vale frater in Domino, is tibi sugge-
 rat in omnibus suam mentem. Hunc

EPIST: MARTINI BUCERI

ora pro me, & libere rescribe, quic-
quid in me desideraueris; Tantum ne
properes nouare aliud, quam uitam
nostram ad imaginem Christi.

Resalutant te & tuos symmystæ.

Tuus M. Bucerus.

ARGENTORATI EX AEDIBVS

MATTHIÆ APIARII

XV. Kalend. Ianuarij. M. D. XXXIII.

Errata.

In C primo, facie i. uersu antepenultimo, lege, uanitas.

In C iij. fac. ij. uersu penult. aduersatur legi Dei, abolitioni studendum.

In C vij. fac. i. uer. vij. genuinæ sordes.

In D ij. fac. i. uer. ij. noluerit.

Eodem fac. ij. uer. xij. ea indicia.

In D iij. fac. i. uer. antepenult. quis illud cum

In D v. fac. ij. uer. iij. completq; in eis.

In D vij. fac. i. uer. ix. præiudicium.

Eadem fac. uer. xvij. ecq;.

Eodem fo. fac. ij. uer. ij. aut aliquos.

In D vij. fac. i. uer. iij. iam fugisse.

Eodem, fac. ij. uer. xij. reddunt.

In E iij. fac. ij. uer. xix. & mundo.

In E v. fac. i. uer. ij. Domino non.

Eadem facie, uersu ix. defuerint.

11

12

13

14

15

16

17

18

19

20

21

22

23

24

25

26

27

28

29

30

31

32

33

34

35

36

37

38

39

40

41

42

1000

2400 - 83.

621

et filium amare et vivere ut
etiam. capta amore ei uenit
pe suplicis, in gremio sepe re
farsit oenide. oenide. u
et filium oena regis et alio
et dilexit quamuis uenator
ma securifera, polstra fu
ma amazonum mat ipoltra
aus occidit. Ad ueniat. p. fit. or
de motu huius phedre fuit si
solus. Sol autem filium iouis. rca
p. panu. r sed auus unius p.
op. n. Decuba fuit uxor pa
q. di noctu lacto dormiens re
terit uisu e illa q. for ore suo
die. cuius flamas tota troia e
reha. mli itaq. uisu p. rca na
nt. marito suo somnium. et alle
terius totis regni suis sapientib;
cunctari cepit q. uiso illa p. rca
et. q. dilexerunt nascenti. pueru
m. decuba p. que tota troia os
tueret. obae p. cepit p. am. euigi
e. et simare pariter eu occidit
f. cu. pep. filiu. q. uocat. e
p. rca. uidet. illu. magne. pul
p. rca. demis. emisa. eu. cuncta. p. rca
ort. suo. p. rca. uenit. uenit. p. suo. uenit
et. rca. uenit. q. regis. nat. e. rca. uenit
u. rca. Hic. alexander. q. pari. rca. uenit
u. rca. uenit. e. postquam. adole
u. rca. adamant. oenore. q. andam
u. rca. uenit. e. rca. uenit. e. rca. uenit. e.

in suo exhibendo beneficia quibus
etulerit. Quicenas manu mucens
ciuitate gne unde erat menclia.
pogasis oenone apogasio monte. H
li dies fatu. i. o. d. a. pelea cu da
cete uxore thead iunxunt omes
dis ad nuptias p. sola discordia
illa dolens se ee etcepta asupit
aureu pomu iq. r. scriptu pulche
rime dec. 7 p. uenit illu p. ipluu
u. dom. et tres. d. u. scil. uenire
u. monie. 7 pallade q. istas nupti
as erit. Ad pmo iuenit. r. lacto
scpto dix se dignore illo p. rca
u. q. formosissima erit. deax. 7
nobilissima. pallas aute dix se
dignore illo. u. q. pulcherima
erit. u. q. da sapientie eet. ar
uen. dix. q. se genuit. u. p. rca
da pulchritudinis quare dignior su
li malo. Cu ill. itaq. m. nati. certa
tib. ad ioue ad uiditru puenisset
noluit npt. censere q. illa. eet. for
mosissima meruens s. odui generari
erat. n. nino. nux. sua. o. rca. a. u.
n. filis. S. dix. illis. ut. uenit. ad. p. rca
re. idem. cui. nome. alexand. q. rca
egit. erat. ut. sua. egitate. agnomer
accepit. Illi. cu. quadam. uice. rca
ra. sua. p. rca. uenit. q. rca. rca. q.
rca. rca. 7. p. rca. uenit. rca. rca. q.
cu. eet. uenit. uenit. uenit. p. rca. rca.
u. rca. de. florib. iposuit. capta. su

